This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

Digitized by Google

600040943Q

G. 99. H. 4.



E. BIBL. RADCL.

1895 e. 16/2

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# Hiſtoriae
# Amphibiorum
*naturalis et literariae*

## Faſciculus Secundus

continens

*Crocodilos, Scincos, Chamaeſauras, Boas, Pſeudoboas, Elapes, Angues, Amphisbaenas et Caecilias.*

---

Auctor

Joann. Gottlob Schneider, Saxo.

---

Imprimebat Jenae
ſumtibus ſuis Fried. Frommann,
1801.

Digitized by Google

Digitized by Google

# *Praefatio.*

*Ex quo primum hujus libri Faſciculum publicavi, naturalis Amphibiorum hiſtoria, antea taedio et frigore virorum doctorum fere emortua, ſubito ſtudiis plurium inprimis Gallorum conjunctis ſuscitata veluti revixit, et ſtudioſorum rerum naturae, praecipue autem Zootomorum ingenia exercere coepit. Contentio enim opinionum magna de oſſibus foſſilibus in ſpeluncis montis Petrini Belgici olim repertis orta inter viros doctiſſimos, Belgii et Galliae cives, anatomicam crocodilorum variorum notitiam disputationibus et picturis multis egregiisque illuſtravit. Quibus ſi quid lucis vel auctoritatis ex annotationibus meis, inprimis vero Plumerianis, acceſſerit, operam*



non

Digitized by Google

*non fruſtra in enarranda crocodili hiſtoria collocaviſſe mihi videbor. Quamquam aegre carui poſterioribus Faſciculis operis egregii a Gallo* Faujas-Saint Font *editi: nec potui picturas craniorum crocodilinorum varias cum mea comparare; quod facient, quibus hiſtoria naturalis amphibiorum curae cordique eſt, quibusque fortuna libri Gallici totius copiam fecerit. Acceſſit deinde Hiſtoria Salamandrarum a Gallo* Latreille *edita et picturis illuſtrata. Totam poſtea amphibiorum claſſem ſtudio ſuo complexus Gallus* Daudin *primum Faſciculum generi ranarum verbis et picturis illuſtrando dicavit. Interim mors immatura* Schoepfium *noſtrum ante abſolutam teſtudinum hiſtoriam abſtulit: cuius tamen operi colophonem imponendam* Schreberus *ſuſcepiſſe dicitur.*

*Qui Cepedianae Amphibiorum hiſtoriae verſionem germanicam nuper ſuſcepit, et meritum libri Gallici multis modis, praecipue vero egregiis annotationibus Salamandrarum*

*generi*

generi illuſtrando dicatis auxit, Ioh. Matthaeus Bechſtein, conſilium ſtudiis civium ſuorum atque omnino naturali Amphibiorum hiſtoriae inſerviendi paulo altius cepit. Itaque praeter Blaſium Merrem meam etiam operam ſtudiis ſuis aſſociare voluit, cujus invitationi lubentiſſime obſecutus ſum, eo quidem magis, quod Synopſi Amphibiorum vernaculo ſermone explicandae, quae verſionem Cepediani operis abſolutam ſequetur, picturas complurium ſpecierum accuratas adjungere licebit. Is erit commodiſſimus locus corrigendi aut accuratius copioſiusque explicandi, ſi quid in his Faſciculis orationis brevitate excluſum obſcuratumve aut humanae naturae vitio peccatum fuerit. Optaveram equidem, uti viri docti, praecipue autem naturae rerum ſtudioſi, opibusque et divitiis rerum naturalium ad hanc Amphibiorum claſſem pertinentium beatiores me conſiliis et communicandis mecum notitiis, vel ſpeciminibus animalium dubiis aut novis adjuvarent, quo felicius Naturae, fa-

vente

*vente plurium ejus ſacerdotum pietate, litare poſſem. Verum ſpes ea, quanquam non nimis avida, plane me conatusque meos deſtituit: et quos appellavi publice ſed modeſte, nemo eorum honeſtis precibus votisque reſpondere dignatus eſt. Verum ego tamen non faciam, quod amans Daphnidis puella apud Theocritum minatur:*

βασεῦμαι ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν
αὔριον, ὥς νιν ἴδω. καὶ μέμψομαι οἷά με ποιεῖ·

*Potius non deſiſto a precibus, et difficile beatiorum frigus verbis eblandiri conabor, quae forſitan efficient tandem, quod illa Theocritea puella a ſacrorum magicorum cantiuncula exſpectabat:*

Νῦν δέ νιν ἐκ θυέων καταθύσομαι.

*Scribebam Idibus Juliis anni* 1801.

Digitized by Google

# Crocodilus.

## Genus I lacertarum, naturale, maximum, fortiſſimum.

### Caracteres generici.

*Caput planum, in roſtrum productum, rictu ampliſſimo apertum utrinque patet, dentibus maxillarum longis, inaequalibus, ſerratis armatum: lingua lata, integra, tota adnexa et immobilis: nares in roſtro extremo medio glanduloſae, ovales protuberant et gemino foramine ſemilunari, exiguo limite disiuncto, et valvula claudendo, patent: aurium fovea operculo cartilagineo clauſili obtegitur: truncus ſcutis tuberculatis vel carinatis loricatur: cauda trunco longior, verticillata, ſingulis verticillis ſupra criſtatis, ab initio teres, demum compreſſa: artus humiles, palmae pentadactylae, plantae tetradactylae, utrarumque digiti priores trini unguiculati, poſtici palmati.*



Digitized by Google

Digitized by Google

Crocodilum antiquitas graeca nominavit proprio Ionum vocabulo, quo genus omne lacertarum ſignificatur. Praecipue duas lacertarum ſpecies crocodili nomine inſignes tradiderunt veteres ſcriptores graeci, quarum unam crocodilum terreſtrem (Linnaeo lacerta ſtellio audit), alteram crocodilum fluviatilem vocarunt. Hic eſt, cuius hiſtoriam aggredior; quae cum multis adhuc ex antiquorum ſcriptorum traditione repetitis erroribus ſit referta, primo loco ponere iuvabit notitias principum ſcriptorum graecorum, cum quibus comparabit lector, quicquid a latinis inde fuit converſum: deinde has ipſas notitias cum recentiorum narrationibus contendemus et ad naturae veritatem exigemus.

Primus igitur Herodotus libro ſecundo cap. 68—70. inter Aegypti memorabiles beſtias crocodili ſpeciem et naturam ita enarravit. Per quatuor, inquit, anni menſes hibernos nihil edit quadrupes animal, quod



Digitized by Google

in terra et lacubus degit. Ova enim in terra parit et excludit, et plurimam diei partem in ſicco exigit, nocte vero in aquis conditur, ab aeris et roris nocturni frigore ſecurum. Omnium quae novimus animalium maximum ex parviſſimo evadit: ova enim anſerinis non multo maiora parit, unde pullus pro portione ovi excluditur: adultus ad decem et ſeptem cubitos et amplius excreſcit. Oculos habet ſuillos, dentes magnos et exſertos pro portione corporis: lingua unum animalium caret: nec inferiorem movet maxillam, ſed ſuperiorem eamque ad inferiorem adducit. Ungues gerit validos, et cutem dorſi ſquamis tectam, impenetrabilem: In aqua caecutit, ſub divo perſpicaciſſimus. Propter moram in aquis os intus ſ anguiſugis repletum habet: cum igitur in ſiccum egreſſus et recubans aperto ore ad zephyrum hiat crocodilus, trochilus avis fauces ingreſſus hirudines eligit, et pro beneficio ſecuritatem recipit. Apud quosdam Aegyptiorum ſacri habentur crocodili, velut apud incolas regionis Thebanae et circa Moeridis lacum, ubi ſelectus unus in utraque regione cibo, ornamentis et vario honorum genere colitur: mortuum vero in ſacris monumentis conditum ſervant. Contra qui circa Elephantinem urbem incolunt

Digitized by Google

lunt, omni modo inſectantur et captos in cibo aſſumunt. Ex vario crocodili capiendi et multiplice genere hoc mihi omnium maxime narratu dignum videtur. Ubi tergum ſuillum hamo circumdatum, ad alliciendum crocodilum, in medium flumen venator promittit, ipſe ad ora fluminis porcellum, quem vivum tenet, verberat: cuius vocem crocodilus audiens ſequitur, interim incidit in tergum, quod deglutit. Poſteaquam in terram extractus eſt, ante omnia eius oculos venator coeno opplet: quo facto caetera facile obtinet, alioqui cum labore domaturus.

Quam notitiam paene totam ipſis fere Herodoti verbis repetiit Ariſtoteles hiſtoriae animalium 2. c. 10 et 5. c. 33. Altero in loco hanc tamen parvam acceſſionem de ſuo adjecit Philoſophus: Crocodilus, inquit, fluviatilis ova ſexaginta cum plurimum parit, alba colore, quibus incubat dies ſexaginta. Vivit enim etiam aevum longum. Sunt qui eum tamdiu augeri, quamdiu vivat, confirment. Quod Herodotus quaternis anni menſibus hibernis crocodilum cibo abſtinere tradiderat, Philoſophus 8 c. 15 repetitum ad latitationem (φωλεῖαν) animalis retulit. Denique in libro de partibus animalium ſecundo, capite 17, atque iterum 4, c. 11, lin-

linguam crocodili fluviatilis mutilam nec ſatis expreſſam eſſe ait etiam propter eam rationem, quoniam maxilla inferior immobilis ſit et ſuperior quaſi eius locum vicesque occupaverit. Unde Plinius crocodilis, inquit, lingua tota adhaeret. Officium trochili repetit hiſtoriae libro 9, cap. 6. Ventriculum ſimplicem et unicum cum reliquis lacertis et teſtúdine communem habere crocodilum utrumque tradit hiſtoriae 2, c. 17; ſed lienem exiguum crocodilo quod aſſignant viri docti ex loco 2, c. 15, male id faciunt; philoſophus enim ibi inter reliqua quadrupeda ovantia ſolum crocodilum aquatici definitione non addita nominat. Eadem eſt ratio gemini loci hiſtoriae 2, c. 11, ubi chamaeleonis cutis aſpera et color cum crocodilo ſimpliciter comparatur. Quarum obſervationum ſi numerum cogito exiguum, et cum erroribus haud dubiis ab Herodoto ſumtis comparo, vix mihi poſſum perſuadere, Ariſtotelem ipſum crocodilum unquam oculis ſuis uſurpaſſe; potius omnia eum de crocodilo aquatico fide aliena comitum Alexandri et diſcipulorum ſuorum tradidiſſe ſuſpicor. Ex horum vero libris quicquid ad aetatem et notitiam noſtram pervenit, tacitis auctorum nominibus in multa ſcripta derivatum et multis modis turbatum fuit; ut

Digitized by Google

ut ſuum cuique reddere, aut ſcriptoris cuiusque auctoritati pretium ſuum ſtatuere ſit plane difficillimum, ſi tamen omnino fieri poteſt. Ex graecis ſcriptoribus, qui hodie exſtant, proximus aetate Diodorus Siculus I, c. 35. in crocodili deſcriptione notitiae veterum ſcriptorum quaedam dubia auctoritate adſtruxit, veluti quod ait, crocodilum vitam tam longe prorogare ac hominem, quod dentes duos omnium longiſſimos exſeri, quod non ſolum hominem, ſed quaecunque etiam reliquorum terreſtrium animalium Nilo appropinquaverint, ab eo devorari tradit. Addit, ichneumonem, catello ſimilem, ripas fluminis oberrantem enixi crocodili ova exquirere et confringere non cibi gratia, ſed ut naturae quoddam in homines beneficium exſequatur. Venationem eius hamo, retibus et ferreis embolis fieri.

Poſtea Strabo Geographiae libro 17, p. 558. cum Plinio eiusque ſimia Solino, Plutarcho, Oppiano Cynegetic. 3, 412. ſqq. et Aeliano h. a. 8, 25 bellum ichneumonis et crocodili internecinum narrant. *Hunc*, inquit Plinius, *ſaturum cibo piſcium, et ſemper eſculento ore in litore ſomno datum parva avis, quae trochilos ibi vocatur, invitat ad hiandum pabuli ſui gratia, os primum eius aſſultim repurgans, mox dentes et intus*

*tus ſauces quoque ad hanc ſcabendi dulcedinem quam maxime hiantes: in qua voluptate ſomno preſſum conſpicatus ichneumon per easdem ſauces ut telum aliquod immiſſus erodit alvum.* Hanc ob cauſam ichneumones divinis honoribus proſequebantur Heracleopolitani, qui crocodilos odio habebant, narrante Aeliano 10, 47. Qui pugnam utriusque beſtiae verſibus ineptis cecinit poetaſter ſub Oppiani nomine crocodilo triplice dentium ſerie armatum os (*τρίστοιχα χείλεα*) tribuit, ſua ſcilicet auctoritate. Simplicem enim utrinque ſeriem dentium habet ſupra et infra *pectinatim ſe ſtipantium*, quod Plinius ait. De ichneumone ova crocodili confringente teſtatur etiam *Maillet* Deſcript. Aegypti, T. II. p. 130, qui alterum crocodilis inimicum addit; teſtudinis albicantis genus, *Cerſé* dictum ab incolis, quod ova crocodili eodem odio deſtruat. Huic eidem teſtudini teſtimonium perhibuit etiam nuper Gallus *Sonnini*, Itinerarii Aegyptiaci T. I. p. 334, communi teſtudinum nomine *thirſé* vocans. Ichneumonem crocodilum dentibus in ipſa capitis cum collo commiſſura appetentem bis vidiſſe teſtatur idem Maillet; unde odium peculiare derivari poſſe recte negat Sonnini I. p. 330. Per fauces ipſum illapſum evadere per alvum, fabula anilis ſin-

ſinxit. Eundem ſub nomine Hydris, caniculae ſimilis memoravit Euſtathius Antiochenus ad Hexaemer. p. 20. Hydrum dixit Petrus Damianus II. Epiſtol. 18, Hyllum Piſides, unde *ſullum* duxit Dracontius auctore Salmaſio Exercit. p. 446. Hylum avem inde effinxit Timotheus ſive Theophilus Alexandrinus apud Allatium ad Euſtathium p. 105. Enydrum cum Solino c. 35. dixit Iſidorus Etymol. 12, 6. De trochilo ave vide, quae ad Antigonum Caryſtium cap. 39. collecta poſuit Jo. Beckmann p. 68. et ad Ariſtotelis Narrationes mirabiles p. 26. Auctoribus ab eo laudatis, qui trochilum crocodili fauces ingreſſum vidiſſe affirment, adde Wolfii noſtratis Itinerar. Ceylanicum p. 123.

Age nunc perſequamur, ſi quid a Plinio auctorum veterum teſtimoniis fuit additum. Primum huc pertinet, quod de crocodili ovatione tradit, *ea ſemper extra eum locum excubare praedivinatione quadam, ad quem ſummo auctu eo anno acceſſurus ſit* Nilus. Quod divinationis genus, illi commune cum aſpide, teſtudine Aegyptiaca, facit una cum Plutarcho Aelianus 5, c. 52.

Alterum eſt de genere delphini, quod dorſi ſpina, vel ut eſt in libris plurimis pinna, cultellata crocodili alvum ſubire eiusque mollem tenuemque cutem ſecare dicitur.

citur. Idem tradit Seneca Quaeſt. natur. 4. c. 2, auctore Balbillo Aegypti praefecto. Hodie id piſcium genus ignoramus; niſi *cum Pocokio* Itinerarii Vol. I. p. 202. malis intelligere ſiluri genus in tabula LXX. ab eo pictum, pinna dorſali pectoralibusque acutis armatum, ſed propter parvitatem Delphini nomine non ſatis dignum. Inter Americani crocodili hoſtes Gallus *de la Coudrenière* numerat Squali ſpeciem *Requin* dictam, teſtudinem marinam *Cacuane* vocatam, et piſcem armatum nomine. Non paucos conſpici refert crocodilos uno alterove pede mutilatos, quem mordicus a teſtudine auferri narrent incolae.

Tertium Plinii additamentum eſt de latitatione Crocodili: *quatuor*, inquit, *menſes hiemis inedia ſemper transmittere* (dicitur) *in ſpecu*. Ubi quem fluminis Nili vel continentis terrae ſpecum intelligere nos voluerit Plinius, difficile eſt dictu. Extat tamen innominati ſcriptoris locus apud Suidam in vocabulo φολιδωτὸς, ubi crocodilus per quadraginta dies hibernos in terra reconditus latitare dicitur. Contra in paludoſo luto Americanum conditum frigore hiberno torpeſcere teſtatur Gallus *de la Coudrenière*. (*Obſervations ſur le crocodile de la Louiſiane dans le Journal de*

Digitized by Google

*de Phyſique* 1782). Pennantus in Arcticae Zoologiae Vol. II, p. 331. crocodilum Americanum, in cavernis ſubterraneis, quarum aditus infra libellam aquae pateat, refert. In cavernis riparum a menſe Octobris ad Martium latitare ait Catesby. Numerum dierum ſexaginta poſuit Aelianus 10, 21. Civis noſter P. Wansleb in Itinerario retulit, duos crocodilos per unum ferme menſem clauſos ſine ullo cibo ſe tenuiſſe, et audivit ab Aegyptiis, crocodilos quadraginta dies impaſtos vivere.

Quartum tradit ſolus libro 10, cap. 6¢, crocodilos vicibus incubare marem et feminam; quod verum nullo modo eſſe teſtatur experientia. Reliquae, quae Plinius, Aelianus multique praeter eos ſcriptores graeci et latini de crocodilo habent ſingularia, fere omnia ex ſacerdotum fabulis et ſuperſtitione, qua colebatur per quosdam Aegypti praefecturas, profecta et conficta eſſe arbitror.

Hanc Aegyptiorum ſuperſtitionem reſipere videtur deſcriptio ſatis ampla crocodili ab Achille Tatio ſcriptore fabulae amatoriae prodita, quam deinde Euſtathius Antiochenus in Commentariis ad Hexaemeron a Leone Allatio proditis veluti thema declamationis paene iisdem verbis totam exſcripſit.

Eu-

Euſtathii locum veluti Anonymi locum ineditum poſuit graece in perpaucis correctiorem, in multis contra vitioſiorem, Bulengerus de Venatione Circenſi, unde repetitum cum vitiis omnibus vertit Gallus *Belin de Ballu* in Comment. ad Oppiani Cynegetica p. 343. Ponam Achillis Tatii locum ex Euſtathiana paraphraſi multis in locis integriorem factum, et ex miris verborum ambagibus in brevitatem perſpicuam contractum, adjectis, quae neceſſariae viſae fuerint, animadverſionibus. *Natura*, inquit, crocodili *inter piſcem et terreſtrem belluam ambigit; longitudini enim corporis latitudo haud quaquam reſpondet: cutis corticibus ſeu ſquamis* (φολίσι) *rugoſa, in dorſo ſimilis petrae, colore nigra, in ventre alba: pedes quatuor paulatim in obliquum flectuntur, quales teſtudini ſunt terreſtri: cauda longa, aſpera* (alii libri habent *craſſa*) *ſolidoque corpori ſimilis: neque enim eſt, qualis in aliis animalibus habetur, ſed ſpinae dorſalis* (*unius oſſis* *) *terminus, ſuperiore parte in acumina, ſerrae den-*

*) Graece eſt in Achille ῥάχεως ἓν ὀστοῦν τελευτὴ, καὶ μέρος αὐτοῦ τῶν ὅλων, quod verſio reddit, *ſed oſſe uno, quod ſpinae finis: ac natium pars eſt, conſtat.* Quid Salmaſius legi voluerit pro verbis vitioſis et ab Euſtathio omiſſis καὶ—ὅλων divinare non poſſum.

*dentibus ſimilia, diſciſſa, qua praedam in pugna verberat, uno ictu plura vulnera infligens. Caput uno veluti textu cum dorſo cohaeret et quaſi ad amuſſim dirigitur, commiſſura colli non apparente; reliquo corpore terribilius per omnem maxillarum longitudinem aperitur totum. Quamdiu enim bellua os clauſum tenet, caput apparet; ſimul atque ad praedam capiendam hiaverit, os totum fit; tumque ſuperiorem tantum maxillam aperit, inferior immobilis et firma manet. Rictus et hiatus oris aperti usque ad humeros patet, eique venter ſtatim ſubjicitur. Dentes habet multos, longa ſerie poſitos: numero quidam tot eſſe aiunt, quot dies anno integro deus illuſtrat. Cum egreſſus in ſiccum fuerit, conſiderata corporis longitudine vires ſimul miraberis.*

Hae ſunt notitiae praecipuae a ſcriptoribus veteribus de Aegyptiaco Indicisque crocodilis nobis proditae: in quibus cum Nilotici notas veras indagare ſit longe difficillimum, Americanum tamen multis argumentis diverſum eſſe conſtet, ideoque caracteribus ſuis a reliquis diſtinguendum, omnibus ingenii viribus connitendum mihi eſſe video, ut per omnes corporis partes eundo videamus, quid notitiis de crocodilorum genere toto collectis inſit vel univer-

ſo

ſo generi commune vel ſpeciebus ſingulis peculiare. Conſiderabimus igitur primum totum corporis habitum: deinde inteſtinarum partium praecipuarum formam ſpectabimus: denique mores ſingularum ſpecierum, quoad fieri id poterit, invicem comparabimus.

Corpus totum cutis in vicem et loco ſquamarum, quibus protegitur lacertarum ceterarum fabrica, duriore aliqua ſquamarum natura defenditur armatum, quam in teſtudine et crocodilo Graeci a ſquamis (λεπὶς) nomine peculiari φολίδων diſtinxerunt, quas corticis vocabulo interdum Plinius interpretatus eſt. Tergum et caudam ab omni ictu inviolabilia et invicta eſſe ait Aelianus 10, 24, quoniam tecta et quaſi armata ſint corticum ſquamarumque robore, (λεπίσι καὶ φολίσι) teſtis validis aut conchis non diſſimilium: contra vulneribus maxime obnoxios oculos, axillas et ventrem, easque partes Tentyritas maxime impugnare, cum crocodilos aggrediantur. Crocodili Aegyptiaci Conr. Geſner totam partem pronam multis corticibus ſubrotundis ſquammatim compingi docet, iisque eminentibus ſecundum longitudinem exaſperari: ad latera minores eſſe, minusque eminere; in ventre candicare, laeveſque eſſe, hoc eſt, nihil omnino eminere. Propter duriorem corticum

na-

Digitized by Google

naturam Ariſtoteles et qui ſequuntur eius auctoritatem crocodilum cum teſtudine lege amphibiorum communi et conditione excepiſſe videntur. Cetera enim omnia cutem quotannis ſemel vel pluries mutant, et corporis ſenectutem exuunt; idem a teſtudine et crocodilo fieri negaverunt. Verum ut de genere teſtudinum iam olim dubitatum fuiſſe ab aliis alibi docui; ita maiore etiam iure de crocodilina natura licebit ambigere, a lacertarum ceterarum fabrica multo minus quam teſtudinea recedente.

Corporis tegumenta in crocodilo Nilotico ſatis accurate deſcripſit Jo. Veslingius in Obſerv. anatomicis c. 5, p. 42, cuius haec ſunt verba:

Pellis univerſi corporis craſſa eſt et denſa, ſquamis obſerta duriſſimis, adeoque vel magnam ab externis iniuriis violentiam facile eludit. Squamarum aliae maiores ſunt, aliae minores grandioribus intertextae: ſub alvo in teſſellas ſive tetragona conformantur: quo dorſi partibus magis approximant, quadrati et oblongi figuras exprimunt. Sub ventre in planitiem aequantur; per dorſum vero in montium velut acumina leniter aſſurgunt. Per ſuperiora dorſi a capite ad extremos usque caudae verticillos ex luteo nigricant; verſus al-

Digitized by Google

alvum et ſub alvo, tum internis pedum partibus lacteo candore nitent. Caput univerſum cum maioribus dorſi ſquamis maculis variis nigris tanquam hieroglyphicis eleganter exornatum eſt. Scapulae rotundioribus ſquamulis parallelis quaſi textu phrygio redimitae conſpiciuntur. Sub alvo ſquamarum laxior compages eſt, quibusdam veluti cartilaginibus cohaerentium, atque adeo violentius vibratam cuſpidem facilius transmittit. Cauda tandem in minutiſſimas pinnulas terminatur, ſerrata quadam ſerie ex maioribus in minores gracileſcens, natanti beſtiae palmula et remigium agile et commodiſſimum. Contrahitur cauda duobus validiſſimis muſculis; adeoque cum a venantibus oppugnatur beſtia, crebris et validiſſimis ictibus caudae ſeſe vindicat. Hucusque Veslingius. Poſtremam de caudae viribus et uſu iam olim prodidit Horapollo Hieroglyphicorum I, c. 67. Non aliter, inquit, exitio tradit, quodcunque arripuerit animal crocodilus, niſi cauda prius verberatum (διαπληκτίσας) invalidum reddiderit. In hac enim parte omnis crocodili vis et robur reſidet.

In ſuo (dubium Aegyptio an Americano) Gallus Duverney tria ſquamarum genera per totum corpus, excepto capite, ſola cute tecto, di-

diſtributa vidit et deſcripſit. Primum genus occupat latera, artus, collique maximam partem, fere rotundum, magnitudine inaequale, ſine ordine poſitum. Alterum conſpicitur per medium collum, dorſum et caudam ſuperiorem digeſtum zonarum inſtar transverſarum, in quibus ſulci ſignabant fines ſquamarum rotundarum iuxta ſe poſitarum per ſeries longitudinales. Squamis his mediis eminet criſta, altior in lateralibus ſeriebus quam in ipſa dorſi medietate. Ab initio caudae una utrinque ſeries lateralis carinarum altarum excurrit ad pedis fere longitudinem; abhinc utraque coit, et unita marginem ſuperiorem percurrit. Inter carinas facies caudae cetera teretis ſuperior plana eſt, ut inferior cum ipſo dorſo: planities utrinque compreſſae natando palmae remi vicem gerit.

Tertium ſquamarum genus obtegit faciem inferiorem colli, maxillarum, caudae, pedum, interioremque brachiorum et crurum cum ventre, tenue, flexile, laeve, quadratum, nec in ſeries nec zonas ſatis accurate digeſtum. Color corporis ſuperni et unguium ex viridi et brunneo griſeus paſſim viridi lucidiore permiſtus aes parumper rubigine adeſum ſimilat; infra ex albo flavicat.



Digitized by Google

Siamenſis crocodilus colorem ſupra ſaturate brunneum, infra ex flavo albicantem gerebat; maculae ex utroque colore latera variabant. Ab humeris usque ad extremam caudam ſquamae magnae quadratae zonarum ſpeciem transverſarum formabant, numero 52, in tertio iuniore exemplo 56. Zonas occupant colliculi quaterni, qui verſus extremum caudae magis magisque aſſurgunt. Hinc ſeries quatuor eminentiarum per longitudinem omnem dorſi et caudae ſurgunt, inter quas ſulci tres depreſſi, verſusque caudam usque profundiores facti, tandem in unum coniunguntur 2 fere pedum ſpatio a caudae fine, ubi eminentiarum ſeries unica criſtarum pinnacearum ſpeciem gerit.

Per latera trunci ſeries duae ſquamarum ovalium excurrebant, e quibus mediis aſſurgebant tubera, quorum quodque verſus diametrum ovatae ſquamae maiorem geminam veluti criſtam dirigebat. Squamae ventrales quadratae, hexagonae et ovales paſſim apparent, verſus claviculas et humeros magis magisque irregulares, molliores quam dorſales, 2 fere lineas craſſae; ſub maxilla inferiore parvae, ovales, laxae, nec ſatis in ſeries digeſtae: collum inferius ſimiles occupabant; pedum ſquamae ſupra parvae, trans-

Digitized by Google

transverſae ſibi invicem incumbentes: infernae etiam minores ſub digitis granorum ſpeciem gerebant.

Numerum zonarum transverſarum ſatis conſtantem eſſe voluit Gallus De la Cepede, qui ex ſeptem crocodilis Africanis et Americanis unum modo zona unica reliquorum numerum (omiſſum a viro docto) ſuperaſſe affirmat p. 199., quod mihi non admodum ſimile vero eſſe videtur. Collo medio aſſignat ſeries duas transverſas, quarum prior ſcuta duo, altera quatuor iuncta habeat.

In longi roſtri idem numerum zonarum transverſarum plus quam quarta parte maiorem quam in priore eſſe affirmat; neutrius tamen ſummam apponit: eſſe etiam ſcuta quadrata, quibus conſtant zonae, quadrata, tuberoſa, ſed marginem magis eminere, centrum minus quam in Nilotico.

Siamenſis 10 pedes 8½ pollices longus, caput cum collo paulo plus quam 2½ pedes longum gerebat; cauda 5½ pedes occupabat: craſſitudo maxima aequabat 4 pedes cum 9 pollicibus. Caput longum verſus verticem paulisper aſſurgebat ceterum planum, inprimis verſus maxillas extremas, cute tectum inſeparabiliter cranio adhaerenti. Cranium paſſim inaequale tuberibus erat, praeter criſtas oſſeas mediae frontis

 duas

duas, pollices duos altas, infra pollicem craſſas, non plane parallelas, ſed alteram ſupra alteram adſcendentem. In animale tertio iuniore, pedem 1 cum pollicibus $4\frac{1}{2}$ longo, criſtae deerant; contra frons ſcuti formam gerebat, apice contra oculos, quorum interſtitium $1\frac{1}{2}$ lineam tantum aequabat. Medium hoc frontale ſcutum occupabat macula rotunda albicans, radios concolores undique ſolis inſtar emittens. (Dubitatio mihi ſupereſt non parva, diverſam crocodili ſpeciem fuiſſe tertium crocodilum.) Oculi in maximo crocodilo valde parvi, in tertio parvo magni apparebant, clauſi et obtecti palpebris; monſtrant rimam 14 lineas longam, rictui parallelam; in tertio parvo rima lineas 7 paulo ſuperabat. Membrana nictitans a cantho maiore obducta motu horizontali oculum velabat, pellucida; iris magna ex flavido griſea; qui color cum vita abierat: coniunctiva deſinebat in anulum nigrum, iridem cingentem. Pupilla ex duobus imparium circulorum ſegmentis componitur, invicem ſe diſſecantibus linea per utrumque canthum ducta, minore ſegmento antrorſum poſito. Rictus in longitudinem 16 pollicum patebat; qua latiſſimus $8\frac{1}{2}$ pollices aequabat: maxillarum diſciſſio 15 pollices cum di-

dimidio longitudine maxima aequabat. Fauces cylindrum 7 pollices 4 lineas craſſum, ſine difficultate impactum, recipiebant.

Extus ſub radicibus linguae cutis maxillarum pertunditur utrinque foramine, quod in meatum flexuoſum digitum admittit, et ad glandulam axungia ſcatentem ducit; quam odorem moſchi ſpargere in ſuo crocodilo annotavit Gallus Duverney. Contra Plumier ita: *Il y a deux glandes ovales entre les deux machoires inſerieures directement ſous les yeux. Ces deux glandes étoient groſſes comme le bout du doigt index et enchaſſées dans la peau même: elles ſont tendres au dedans et blanches pâles tirant ſur le ſauve: elle ſont comme une poche ou ſac dans le milieu, d'où il ſort un excrement jaunâtre par une ouverture qu'elles ont chacune ſous le plis de la peau du goſier. On trouve deux glandes de couleur de cire jaune de la même groſſeur et figure qu'une olive, tout à l'entrée de l'anus dans l'anus même, une d'un coté et l'autre de l'autre. Ces deux glandes ſont creuſes en façon d'une poche pleine d'une humeur épaiſſe et jaunatre, qu'on fait ſortir en preſſant un peu ces glandes par une petite ouverture, qui paroît alors comme un petit ſpineter ridé. Ce ſont ces glandes qui contiennent cet humeur qui ſent le muſc.*

*muſc. En diſſequant l'animal je n'ai jamais ſenti aucune odeur de muſc, quoiqu' on m'eut aſſuré qu' on n'en pouvoit pas ſupporter l'odeur, quand on le manioit.*

In ſuo Gallus Duverney crocodilo longitudinem corporis totius 3 pedum 5 ½ pollicum reperit; cauda reliqui corporis longitudinem aequabat: latitudo maxima ventris erat 5 ½ pollicum: caput pollices 7 aequabat; oculorum menſura ab uno cantho ad alterum capta 9 lineas, interſtitium oculorum, ſupra capitis planitiem non eminentium, nondum pollicem aequabat. (In Siamenſi maiore gemino animale interſtitium ſatis magnum aderat; in tertio iuniore 1 pedem et 4 ½ pollices longo 1 lineam cum dimidia non ſuperabat, argumento manifeſto, diverſam eam fuiſſe a reliquis duobus crocodilis ſpeciem.) Caput cute tectum tenaciſſime cranio adglutinata ſquamis carebat: roſtrum acutum foramine rotundo medium perforatum, ibique carne molliuſcula repletum eſt, in qua nares foraminibus duobus ſemilunaribus patent. Oculorum ſitus et canthorum capitis longitudinem ſequebatur: palpebra utraque mobilis, ſed duriuſcula difficulter plicabatur, margine ſerrato, depili. Orbitae etiam margo ſerratus erat, non ipſi tamen oſſi, ut in chamaeleonte in-

Digitized by Google

inſculptus, ſed cute complicata factus. (Haec omnia partim vitiata, quaedam in maius aucta ſic repetiit Gallus De la Cepede: *Ses yeux étincelans, très rapprochés l'un de l'autre, placés obliquement, et preſentant une ſorte de regard ſiniſtre, ſont garnis de deux paupières dures, toutes les deux mobiles, fortement ridées, ſurmontées par un rebord dentelé et, pour ainſi dire, par un ſourcil menaçant.*) Membrana nictitans mortui animalis oculos totos velabat, et verſus canthum maiorem retracta ſua ſponte regreſſa obducebatur oculis. Muſculo regebatur uno, cum in avibus geminus adſit. Alter enim, cuius tendo perforatus tendinem membranam ſuſtinentem axiculi vice gerit, in crocodilo deerat. Qui aderat, longiſſimus ex poſteriore bulbi parte ortus, dimidiumque eius amplexus tendinem tenuem angulo ſuperiori membranae nictitantis annectebat.

Oculos Aegyptiacus crocodilus apud Veslingium habet amplos intra capaciſſimam orbitam reconditos, quorum tamen, ob palpebrarum conniventium laxitatem, parva portio in conſpectum ſe profert, adeoque ſuillis oculis non inepte comparantur.

De Americano ita Plumerius tradit: *Ce Crocodile avoit 6 pieds et 4 pouces depuis le*

*le muſle ou muſeau juſqu' à l'extremité de la queue; ſçavoir 1 pied depuis le commencement du muſeau jusqu' au bout de l'occiput; 8 pouces moins 3 lignes depuis l'occiput jusqu'aux omoplates; depuis les omoplates jusqu' au commencement de la queue, c'eſt à dire jusqu' à la dernière vertebre de l'os ſacrum 1 pied 7 pouces et demi. Toute la queue contenoit le reſte, c'eſt à dire un peu plus de 3 pieds de longueur.*

*L'oeil du Crocodile reſſemble à celui d'un cochon en ſon regard, mais ſi farouche qu'il marque bien la cruauté de la bête. Il eſt fort relevé hors la tête, aſſez grand et couvert de deux grandes paupieres; l'inferieure ſe meut ordinairement, quand l'animal veut fermer l'oeil, la ſuperieure demeurant immobile; il n'eſt pas tout à ſait ſpherique, ayant la partie anterieure tant ſoit peu ſurbaiſſée. Cette partie ou ce que nous appellons proprement le blanc de l'oeil eſt extremement polie et luiſante; on ne ſçauroit diſcerner, ſi ſon fond eſt noir ou doré, tellement le noir et le doré ſont melangés enſemble; car c'eſt un très bel émail compoſé d'or et de noir, en manière qu'il ſemble qu'on ait ſemé de la poudre d'or ſur un champ verniſſé de noir. La prunelle eſt ſituée au milieu de ce champ, elle eſt bluâtre, bien ronde et*

*aſſez*

*aſſez ample; mais l'animal la ſçait ſi bien ſerrer, quand il veut, qu'elle reſſemble de fois à l'ouverture que feroit ſur une peau la lancette d'un Chirurgien, alors elle eſt étroite et pointue par les deux bouts; comme ſi c'étoient deux arcs de cercle qui ſe compaſſent en manière que les deux intersections regardent directement les paupières. L'animal couvre entièrement le blanc par une membrane à la façon des hibous, et quoique cette membrane ſoit aſſez épaiſſe elle eſt pourtant ſort transparente et bordée par deux gros plis qui traverſent l'oeil obliquement, lorsqu'elle ſe meut pour le couvrir. Elle ſort du coté du grand canthus, quand l'animal veut decouvrir entièrement l'oeil.*

Hac membrana crocodilum in aquis inſidiandum animalibus oculos obducta velare, viſum tamen non obſcurare, tradit neſcio quo auctore Plutarchus, cuius locum poſui in Specimine Phyſiologiae Amphibiorum altero p. 49.

Nares ſolus Plumerius ex Americano accuratius deſcripſit, cuius verba ponam ex Codice Blochiano: „Les deux narines ſont ſituées au deſſus du muſeau dans une groſſe glande blanche et dure, elles ſont taillées en croiſſant et ſe ferment par un cartilage en façon d'une paupière. Il y a quatre conduits de-

depuis les deux narines en tirant vers le crane, ſçavoir deux conduits inferieurs et deux ſuperieurs. Les conduits inferieurs ſont les plus étroits et vont aboutir dans le palais ſous un cartilage fait en façon d'un rideau ſitué au commencement de l'oeſophage comme la luette dans le fond de la bouche aux hommes. (Velum palatinum dixit Haſſelquiſt.) Les deux conduits ſuperieurs ſont aſſez amples et vont aboutir directement au cerveau; ils ſont tous ſeparés par un cartilage blanc et tous tapiſſés par une membrane blanche et molle."

In Siamenſi nares medium roſtrum, digiti ſpatio remoti ab apice, occupabant, colliculi rotundi et planiusculi ſpeciem praebentes, diametro 2 pollicum, quarum interior natura mollicula et ſquamoſa nigricabat. Foramina ſigmoidea ope caruncularum alternis in reſpirando claudenda et rurſus aperienda interius conſpiciendos praebebant ductus cylindricos duos, quorum diameter $8\frac{1}{2}$ lineas aequat, ultra $1\frac{1}{2}$ pollicis longitudinem excurrentes per corpus id, quod oſſium ſpongioſorum vices gerit, deinde coniunctos cum duobus aliis canalibus retrorſum ad ipſum cerebrum pertingentibus.

Gal-

Digitized by Google

Gallus Duverney narium ſpeciem externam obiter tantum annotavit, omiſſa valvalarum mentione, quas non magis commemoravit civis eius De la Cepede. Naribus inſpirare aerem atque exſpirare, ſimili artificio ſtructis, quale in ranis vidimus, crocodilum etiam in litoribus recubantem arguit miratio Galli *De la Coudrenière*, qui clauſis maxillis Americanum crocodilum reſpirare nunquam videri refert.

Oſſa naſalia crocodili Nilotici multo maiora, latiora et longiora quam in longiroſtri reperit Merck, qui longiroſtri vomerem deeſſe monet; in Nilotico vero oſſa, quae vomerem fulciunt, extus inter naſalia et unguis os in iuniore animale deſignat futura manifeſta. Nervus naſalis in Nilotico tam grandis quam in teſtudine conſpicitur, eodem viro docto annotante.

Aurium foramina ſupra oculos ſita, cute obtegi palpebrae ſimilitudinem aliquam gerente, breviter poſuit Duverney. Diametrum pollicis latitudo foraminum aequabat; operculi pars ſuperior mobilis multis fibris muſcularibus claudebatur et recludebatur. Meatus auditorius brevis alteri extremitati obtenſum gerebat tympanum, nudum aperto operculo conſpiciendum. Reliqua aurium fabrica ſimilis avium auribus, niſi quod

Digitized by Google

quod cavitas ea, quae veſtibuli vices gerit, multo eſt laxior, et canales ſemicirçulares ipſi veſtibuli camerae inſculpti ſunt.

In Siamenſi Ieſuitae aures ita annotarunt. Minor oculorum canthus longiſſime excurrit ultra locum illum, ubi palpebrae junctae ſinum efficiunt, qui infra aures ad earum usque finem pertingit, ita ut longitudo tota a cantho oculorum maiore ad minoris extremum una cum ſinu infra aures procurrente 3 pollices 11 lineas aequet. Supra minorem oculorum canthum aurium foramina erant operculo craſſo cartilagineo, inflexo, 3 pollices 9 lineas longo claudenda et rurſus operculo ab inferiore regione verſus ſuperiorem recedente aperienda. Auricularis cavitas digitum minimum admittebat, interiusque oſſicula duo tenuia, minuta, malleo et incudi reſpondentia continebat; manubrium mallei 1 pollicem 4½ lineas longum ſuſtinebat laminam planam, ſimilem forma et magnitudine ſegmento ſeminis pyri. Incudis forma erat ſimilis pyramidi brevi et cavae, cartilagine tenui et pellucida conſtans, apice obverſo innitente mallei fini transverſo, baſi cava tympano obverſa.

Accipe nunc notitiam Plumerii ipſius verbis conceptam: *L'oreille du Crocodile eſt ſituée*

*ſituée immediatement après l'oeil et presqu'en même ligne; car elle commence d'abord après le petit canthus et vient aboutir à l'extremité du crâne ou occiput. Son ouverture ou conque eſt un peu plus large vers l'occiput que vers le canthe; elle eſt ſi bien fermée par un cartilage un peu épais et ſemblable à une petite oreillette qu'il ſemble qu'elle n'ait point d'ouverture. L'animal tient ſi bien ſerré ce cartilage qu'on ne peut decouvrir l'ouverture que par une petite fente courbée; il le hauſſe pourtant et le baiſſe à ſon plaiſir. Au dedans de cette conque il ſemble y avoir deux timpans, l'un grand l'autre petit. Celui-ci eſt tout joignant le canthe de l'oeil et l'autre un peu plus avancé vers l'occiput. Le petit eſt épais et griſâtre, et le grand blanc, mince et transparent et un peu convexe par dehors. Il eſt de figure ovale et grand à peu près comme la moitié de l'ongle. Le marteau qui n'eſt proprement qu'un ſtilet mince, oſſeux et elargi aux deux extremités en trompette ou en patte arrondie, traverſe toute la cavité interieure de l'oreille, étant attaché par un bout dans le creux interieur du timpan et de l'autre ſur la convexité de la fenêtre ovalaire. Nota que je n'ai pas pu bien obſerver, s'il eſt veritablement attaché, car il eſt un peu mobile. Il eſt appuyé*

Digitized by Google

*puyé ſur deux petits traverſiers minces et oſſeux, ſur l'un presque vers le milieu et ſur l'autre tout joignant la fenêtre ovalaire ſemblable à une manière de timpan, qu'un de ces deux petits traverſiers minces et oſſeux traverſe comme une corde traverſe la peau d'un tambour. Enfin on voit deux conduits dans le fond de l'alveole, l'un qui deſcendant penetre juſques dans la boëte du cerveau, et l'autre qui paſſant tout au travers de la largeur du crane va communiquer directement à l'autre alveole oppoſite ſans entrer dans la boëte du cerveau. Quand on a auſſi oté le timpan de l'oreille, on voit un trou profond qui penetre jusqu'à la ſubſtance du cerveau, et au milieu de ce trou on voit un petit ſtilet mobile ſortir du fond de ce trou. On voit encore une petite avance qui fait comme deux ſinus. Au bout de cette petite avance il y a un nerf attaché, qui ſe recourbant en façon d'un crochet deſcend dans le fond de l'alveole. Tout au commencement de ce premier nerf et tout contre le bout de l'avance il y a un autre nerf attaché au premier, dont un bout deſcend dans le cerveau et l'autre s'attache au timpan. Le nerf auditif eſt compoſé de quatre cordons menus.* Quam egregiam notitiam miris modis mutilavit fur litterarius Feuillée Journal d'Obſervations, cuius

ius librum qui germanice vertit, ſuas etiam ineptias erroribus Galli adjunxit, Vol. II. p. 173.

Antequam progredior, decet admonere lectorem, Plumerium non annotaſſe foramina magna ovalia poſt oculos in ſcuto frontali plano exſculpta et ad cavitatem auricularem pertingentia, extus vero cute communi capitis obtecta, quae ſceleti pictura manifeſto ubique conſpicienda exhibet. In Siamenſi Ieſuitae foramina iſta nec annotarunt, nec pinxerunt; in ſuo Duverney foramina orbitalibus minora ad canales auditorios pertinere annotavit breviter, in cranii pictura literis V ſignavit et aurium foramina vocauit, rotunda.

In comparatione auris ex crocodilo Nilotico et longiroſtri deſcriptae a doctiſſimo Merckio mihi multam dubitationem attulerunt verba, ita ut neſciam, foramina frontalia an lateralia aurium foramina loquatur vir doctus. Itaque ipſa eius verba quam fideliſſime potero in ſermonem latinum translata ponam.

„Foramina, inquit, oſſi ſcuti inſculpta, quibus adhaeret cutis cartilagine tympani, vel aurium foramina, in utraque crocodili varietate (Nilotica et longiroſtri) pone orbitam recta ſunt ſita, erroriſque cauſam Indis

dis praebuerunt, ut oculos crocodilo quatuor ineſſe putarent. Ambitus horum foraminum cum orbitis comparatus in Nilotico exiguus quartam partem earum vix aequat, in longiroſtri contra orbitas ſuperat. Deinde longiroſtri deeſt operculum Nilotici, (lateralis foraminis?) igitur deſunt etiam foramina ſigmoidea, tendines ad operculum pertingentes tranſmittentia, et oſſi occipitali Nilotici inſculpta. Contra in longiroſtri omnis apertura (frontalis an lateralis?) cute ſupertenſa tegitur: ambitusque eius tam amplus maiorem aeris incumbentis impetum admittere debere videtur. In Nilotico forma foraminis huius (frontalis an lateralis?) utrinque (in utroque latere eſt in germanico) ſimulat lunam dimidiatam cornibus divergentibus; contra in longiroſtri ſimulat ſegmentum coni, cuius apex introrſum baſis extrorſum vertitur. Licebit hinc forte conjicere, longiroſtri vitam magis aquaticam quam Nilotico a natura fuiſſe definitam. In utraque varietate idem organi auditus apparatus adeſt. In cavitatibus oſſis temporalis utrinque foramen apparet, per quod ſtapes obliquus deſcendit et fine bucciniformi feneſtram ovalem obturat. Altera eius extremitas per aliud foramen ſupra intra ſcutum prodit ad impel-

Digitized by Google

pellendum tympanum. Iuxta feneſtram ovalem poſterius tuba Euſtachiana prodit, et per partem poſteriorem condyli maxillae ſuperioris adſcendit. Intra cranium convexitates duae labyrinthi adſunt ut in teſtudine. Margines foraminis magni, quibus tympanum adhaeret, iunctura oſſium, temporalis, parietalis et zygomatici efficit."

In quibus me dubium haerere iam ſum antea confeſſus. Eſt enim penes collegam meum, Medicinae Profeſſorem, Otto, cranium crocodili, quod in tabula hic appoſita pictum accuratiſſime exhibeo, in quo foramina frontalia poſt orbitas, quae ad aures referunt viri docti, plane deſunt. Locum tamen eorum ex comparatione aliarum ſpecierum punctis deſignavi in pictura. In deſcriptione ſpecierum a me ipſo inſpectarum annotavi ſedulo, ſicubi tentando foramina vel foveas cranii poſt orbitas perſentiſcere potui.

In Americani crocodili, quem dicit, cranio nuperrime etiam Matthias Iacobſſon (Animadverſiones circa Crocodylum eiusque hiſtoriam, quas ſub praeſidio Andr. I. Retzii p. M. I. Lundae d. 10. Iunii 1797.) foramina duo irregulariter quadrata in plano frontali pone orbitas annotavit, cute tenui tecta, in orbitas patentia, poſt orbitas vero

ſinus eorum in cavitatem auricularem deſinit. Quaerit vir doctus, num tubae forte Euſtachianae vicem gerant? et ſitum formamque eorum in capite Nilotici cataphracti et Americani imbricato ſcire cupit. Praeterea foramen aliud ſed anguſtius inter duo auricularia foramina adeſſe ait; in nucha etiam ſinus duo ſemilunatos muſculis inſerendis ſervire putat: quorum iuxta cornu inferius foramen parvum pertingit ad auricularem cavitatem: Hucusque vir doctus!

Nupera Syſtematis Linnaeani Editio aures lineares tradit, ſupra valvula clauſiles: quas ineptias obiter commemoraſſe ſatis ſit.

Dentes habet magnos, inaequales, et in maxilla ſuperiore plerosque exſertos, ita ut etiam ore clauſo, cum labia non adſint in hoc genere, foris ſpectentur e ſuperiore maxilla deorſum prominentes, et quidem anteriores omnes, poſtremi aliquot non item, pectinatim ſe dentium ſerie una utrinque ſtipante; hinc crocodilo morſus horribili tenacitate convenire, recte iam olim pronunciavit Solinus. Canini ſunt omnes et cavi; hinc iam olim Plinius, *Canini*, inquit, *dentes crocodili febres ſtatas arçent, ture repleti: ſunt enim cavi.* Sed alibi idem Plinius dentem crocodili maxillarem, anne-

xum

Digitized by Google

xum brachio, venerem concitare ait; ubi error in natura dentium admiſſus eſt non minor, quam in medicamenti viribus. Inferioris maxillae dentes inter ſuperiores recepti ſe in lacunas gingivarum et oſſis maxillaris inſinuant; anteriores bini apicem adeo maxillae ſuperioris perforant et deſuper cuspides exſerunt. Unde mihi nata eſt ſuſpicio, locum Aeliani 12, 41. de genere crocodili Gangetici, quod ait habere in extremo roſtro partem eminentem cornu mentientem, (ὡς κέρας) vel ut habet lectio vulgaris, eminentiae ceraſtae ſerpentis ſimilem, non pertinere ad crocodilum longiroſtrem, quod Gallus Cepede putabat, nec ad Siamenſem, poſt oculos in fronte carinata tubera gemina, alta gerentem; ſed potius apices prominentes anteriorum dentium maxillae inferioris obiter inſpicienti beſtiam formidabilem cornu ſpeciem exſtantis praebuiſſe.

In Siamenſi 10 pedes 8½ pollices longo maxilla ſuperior dentes 35, inferior 32 gerebat inaequales, baſi craſſiores, cuſpide acutos, ex quibus 10 maiores. Horum ſex ad inferiorem, reliqui ad ſuperiorem maxillam pertinebant. Infra anteriores duo, baſin 6½ lineas craſſam gerentes, coeunte maxilla utraque roſtrum extremum perfo-

 rabant.

Digitized by Google

rabant. Alterum par non longe hinc remotum marginem maxillae ſuperioris exſculpſerant vi ſumma applicati; poſterius par mediam fere maxillam occupabant, et ſupra iuxta marginem ſuperioris aſſurgentes eminebant. Geminum par dentium maiorum in anteriore parte ſuperioris maxillae ſitum fere eundem habebant. Dentes reliqui omnes in oppoſitae maxillae cavitatem quisque ſuam recipiendi conveniebant, magis minusve introrſum flexi. De cava dentium radice, quos tamen vi defractos multos viderant, tacent Ieſuitae.

In crocodilo 3 pedes 9½ pollices longo Gallus Duverney dentes omnino 68 reperit, 19 videlicet in ſuperiore maxilla utrinque poſitos, 15 vero in inferiore, magnitudine inaequales, acutos, caninis ſimiles omnes, verſus fauces paulum inflexos, pectinatim invicem coeuntes, cum maxillae iunguntur, ita ut apices ſuperiorum dentium cava gingivarum inferiorum ingrederentur; partim vero iuxta ſe invicem applicati et exſerti eminebant. Radix ipſo dente craſſior et longior, cavitatem ad corpus ipſum dentis pertingentem habebat. Alveoli dentium exciſorum in fundo monſtrabant dentes minores, lineam cum dimidia longos, in maiorum locum ſucceſſuros olim.

Cro-

Digitized by Google

Crocodilus Americanus Plumerii longus 6 pedes cum 4 pollicibus ſupra 34, infra 32 gerebat, de quibus ita doctiſſimus Gallus tradit: „*Chaque dent a la même figure que les dents canines des chiens, excepté que leurs côtés ſont relevés par deux petites arêtes tranchantes, et que leur racine eſt ronde et creuſe comme une pipe à tabac ou à fumer, avec une échencrure aſſez profonde qu'on ne remarque pourtant point dans les dents des vieux crocodiles. Un Philibuſtier m'en montra un jour une dent qui n'avoit aucune échencrure, elle étoit ſi groſſe, que le creux de la racine contenoit la charge de la poudre d'un fuſil boucanier; ce que me fit juger de la grandeur de l'animal. La plus groſſe dent de celui-ci dont je fais la deſcription pouvant a peine contenir dans ſon creux une demi amorce de poudre. Nota que le plus grand crocodile que j'ai vû ou pris dans l'isle Saint Domingue n'a jamais excedé la longueur d'entre huit à neuf pieds.*“

„*Cet animal avoit quatre ou cinq dents caſſées, particulièrement une des plus groſſes. Je ne ſais contre quel ſujet il pouvoit les avoir caſſées. Ayant fait bouillir la machoire j'en tirai toutes les dents très aiſément, et ſous la plûpart de ces dents j'en trouvai d'autres nouvelles et de diverſes conſiſtences.*

*Car*

Digitized by Google

*Car les jeunes étoient encore ſort tendres, et les autres presqu'auſſi dures que les vieilles qui ſortent avec le tems de leurs alveoles pour faire place aux nouvelles de même que nous liſons les élephans jetter leurs deſenſes, auxquelles il en ſuccéde des nouvelles.*"

Qui Nilotici crocodili ſceleton cum Gangetico ſeu longiroſtri comparavit accuratiſſime I. H. Merck in Symbolis literariis Haſſiacis Faſcic. V. p. 73 — 87. dentes in ſuperiore Nilotici maxilla 40, inferiore 38 poſuit; contra in longiroſtri ſupra 60, infra 58 adſunt; in minore et iuniore exemplo idem vir doctus ſupra 56 tantum reperit, et in omnibus crocodilorum ſpeciebus ſemper numerum dentium inferiorum duobus minorem adeſſe quam ſuperiorum affirmat. In exemplo fere 12 pedes longo Gallus De la Cepede ſupra 58 dentes, infra 50 numeravit. Eosdem ut in Nilotico cavos eſſe affirmat Merck; mihi in cranio Barbyenſi ſatis magno, utpote duos fere pedes longo, dentes aliquot diffracti cavitatem nullam monſtrabant. Omnes vero anticam faciem convexam poſticam concavam, marginem utrinque acutum gerebant, per longitudinem ſtriati ſeu angulati, breves maioribus mixti.

Illuſtris Peter Camper in Diſſertatione inſerta Actis Societatis Anglicanae Vol. 76

et

et germanice converſa inter Opuſcula minora Vol. III. qua maxillarum petrefactarum, in monte S. Petri prope urbem Belgicam Maeſtricht repertarum, fragmenta pertinuiſſe olim ad phyſeterum ignotum aliquod genus, non ad crocodilum aliquem hodie incognitum docere conatus eſt, obiter p. 9 annotavit germina dentium in cava veterum radice ſuccreſcentia interdum, ubi adoleſcentem vetus moratur, latera maxillarum perforare, qua via pateat facillima, cuius rei exemplum praebere cranium aliquod permagnum crocodili in Muſeo ſuo aſſervatum vir doctiſſimus ait.

Ex eodem S. Petri monte Belgico maxilla inferior eiusdem animalis petrificata translata fuit et Muſeo Pariſienſi inſerta, quam pictam dedit addita Epiſtola ad amicum communem, Hermannum Argentoratenſem, literatiſſimus Gallus, Aubin-Louis Millin in Ephemerides Gallicae Magaſin encyclopédique Anni I, Tomi VI. p. 34 ſeqq. unde transferam huc, quae mirationem mihi fecerunt, cum qua traderentur auctoritate, ignorarem.

*Camper avoit avancé que cette tête étoit celle d'un cetacée, encore inconnu, mais il eſt revenu lui même ſur cette opinion, et il a paru penſer, par la ſuite, qu'elle devoit*

*ap-*

*appartenir à un amphibie du genre lézard, lacerta, et d'une eſpece voiſine de celle du crocodile. Ce morceau, unique dans ſon genre, a fixé l'attention de beaucoup d'autres obſervateurs. L'opinion dominante aujourd'hui eſt celle que cette tête appartient à une nouvelle eſpèce de crocodile: on fonde cette opinion ſur la conformation des dents qui ſont implantées dans un os de même nature, et qui leurs ſert d'alveole, pendant qu'il eſt fixé lui même par de fortes racines: on diſtingue dans la gravure ces dents, qu'on peut appeller doubles; quelques unes ſont dépourvues de la partie ſaillante, et ne laiſſent appercevoir que la loge qui ſervoit à les recevoir.*

*Ce caractère n'a été indiqué ni par Linneus, ni par La Cepede, ni par Laurenti, qui ont travaillé à faire connoître la claſſe ſi difficile des amphibies; c'eſt d'apres un aſſez grand nombre de têtes oſſeuſes de crocodile qu'on dit l'avoir obſervé. Il faut attendre l'ouvrage du citoyen Faujas pour en avoir la demonſtration dans la tête du crocodile; il doit publier la tête et le ſquelette de tous les crocodiles connus, et de quelques espèces nouvelles.*

*Ce caractère de dents implantées dans un os de même nature ſe trouve dans la tête*

*foſ-*

Digitized by Google

*foſſile, dont je Vous envoie la repréſentation: s'il eſt en effet le même dans les crocodiles, c'eſt une forte induction qu'elle a appartenu à une eſpece du même genre.*

Caute vir doctiſſimus poſtrema ſubiunxit. Nec enim ipſe unquam ſimiles crocodilorum dentes vidi, nec ab alio quoquam hucusque deſcriptos reperire memini. In pictura addita maxillae inferioris condylum coracoideum conſpicio, quem in Siamenſi crocodilo ſolo Ieſuitae reperiſſe videntur, non ſatis locupletes in diſputatione anatomica auctores. In reliquarum tamen lacertarum maxilla inferiore corac oideus proceſſus adeſt.

Qui nuperrime foſſiles montis Petrini maxillas deſcripſit et pinxit Gallus Faujas-Saint Fond in Hiſtoria naturali montis S. Petri, eandem Muſei Pariſienſis maxillam pinxit in Tabula IV, ubi tamen condylus multo obſcurior apparet. Idem Faſciculi II. p. 74 dentes Africani crocodili ab Aſiatici dentibus diverſos poſuit, ſed notam ſimul non annotavit. Deinde dentes ſecundarios cava radice incluſos cum aetate in locum maiorum ſuccedere aut vicem caſu defractorum gerere negat; quoniam etiam in ſenibus crocodilis reperiantur incluſi maioribus, nec maiores ſine damno minorum propter utrorumque formam et fabricam defringi aut de-

deſtrui poſſint. De ſpecie animalis, cui propriam maxillam fuiſſe putet, expectare nos iubet diſputationem Gallus faſciculo libri octavo inſerendam, cuius primum et ſecundum adhuc ſolum tractavi. *Nous reſervons cette diſcuſſion pour la huitième et la neuvième livraiſon, où il ſera question d'examiner, ſi cette tête a appartenu à un cetacée inconnu ou à un crocodile d'une eſpèce nouvelle qui diffère du crocodile du Nil et de celui du Gange.*

Civis eius La Cepede Crocodili Nilotici et Americani dentes ſuperiores interdum eſſe 36, inferiores 30 ait, eosque robuſtos, inaequales longitudine, conicos, ſtriatos, acutos, parumper cavos et retrorſum flexos.

In Americani, uti cenſet, dentibus cavis minorem incluſum, quin adeo in maximorum pullo ſuccrescente tertium brevem, coni dilatati forma, caeſio colore, germinantem vidit et memoravit Iacobſſon.

In maxilla is ſuperiore 40 dentes, inferiore 38 numeravit. Superiores omnes ore clauſo exſerti apparent: univerſi radice ſimplice et cava gaudent, cavitate plus minusve ad ſummum apicem pertingente. Longiſſimi et craſſiſſimi ſunt anteriores, etiam parumper introrſum et retrorſum flexi, acuti:

Digitized by Google

ti: inter quos ſimiles minores ſeriem occupant. Maxillares ſupra 16, infra 14 adſunt, breves, lateribus utrinque compreſſis, obtuſi, apice fere rotundato. In maxilla ſuperiore foramina adſunt quatuor, quae clauſo ore intrant, interdum etiam plane oſſeam foveam penetrant apices dentium totidem inferiorum: praeterea ſex dentium brevium paria inferiora in ſuperioris maxillae margine impreſſiones fecerunt non adeo profundas. Quaedam de dentium diverſitate ſpecierum differentia arguente dicentur infra, ubi cranii partium menſurae traduntur.

Ore aperto lingua apparet maxillae inferioris interſtitium totum occupans eiusque margini interiori tota adfixa. In Siamenſi conſtabat carne ſpongioſa craſſa et molliuscula, cute tecta, uti palatum, flavicante et tuberoſa; in lingua tamen laxa et rugoſa, in palato contra adſtricta apparebat.

In ſuo Gallus Duverney linguam 3 pollices longam, verſus medium 5 lineas latam, margini inferiori maxillae inferioris totam adnexam et cute multo latiore obductam, innumeris foraminibus pertuſam, quae ad glandulas infra poſitas ducunt.

In Indico crocodilo Borrichius linguam craſſa quadam tunica obductam vidit, ſubſtantiae tenerrimae, glanduloſam, albicantem



Digitized by Google

tem et compacta pinguedine circumdatam, rangiferorum linguae non admodum diſſimilem. Epiglottis ſpectabatur latiſſima et fere ſemicircularis, totasque fauces claudens, idque fortaſſis, inquit Borrichius, ne dum animal aperto rictu dormit vel ichneumon vel aliae in os illapſae beſtiolae viam ſtatim ad ima usque viscera inveniant. (Epiglottis eſt, quod velum palatinum vocavit Haſſelquiſt.)

Lingua Nilotici crocodili apud Veslingium ſub maxillae inferioris aſpera pelle quaſi laxo vinculo comprehenſa delitescit, adeoque in deglutitione, quando opus attolli non poteſt; motui tamen non ſapori accommodata videbatur Veslingio.

De Americano ita narrat Plumerius. *La langue étant depouillée de deux peaux ou membranes qui l'entourent de tout côté reſſemble bien à un fer de flêche longuet et un peu emouſſé. Elle avoit ſix pouces de long ſur un peu plus de deux de large à ſa racine, où elle a environ un pouce d'épaiſſeur. Elle eſt très blanche, ferme, nerveuſe, muſculeuſe et glanduleuſe. On voit ſur ſa ſurface ſuperieure quelques fibres en façon de quelques petits filets qui vont aboutir à quelques petits corps calleux incorporés dans la peau même qui couvre le deſſus*

*de*

*de la langue. Cette peau eſt un peu épaiſſe et marbrée de jaune et de gris ſoncé. Elle eſt ridée legèrement par de très petits ſillons en façon de réſeau, et on voit dans l'entredeux de chaque maille de petites papilles fort peu eminentes. La peau de deſſous eſt beaucoup plus forte et le triple épaiſſe; car elle eſt compoſée de deux membranes, l'une muſculeuſe, qui eſt l'interieure, et l'autre nerveuſe et toute couverte de quelques écailles en dehors.*

Linguae miniſterio ſcilicet crocodilus opus non habet nec ad vocem, bovillum mugitum imitantem, nec ad praedam convertendam, quam ille integram ingurgitare ſolet. Americanum crocodilum cibum ſemper extra aquas ſumere affirmat Gallus *de la Coudreniere*, niſi ſi quando piſciculum aut oſtreum aliquod devoravit. Animalia maiora litore derepta et fundo aquarum immerſa ſuffocat, poſtea in ſiccum relata devorat. Piſciculos maiores, veluti ſoleas, captos ſuper aquas effert cum capite, mox dentibus arreptos deglutit.

Artus fere aequales fabrica, longiores tamen habet poſteriores, uno etiam digito exungui in plurimis ſpeciebus minores, et fere ſemper palmatos membrana digitos jungente natatoria. Singulare eſt, quod in motu

ar-

Digitized by Google

artuum iam olim annotavit Ariſtoteles hiſtoriae animal. 2, c. 1: *Oviparis, inquit, animalibus, ut crocodilo, lacertae et reliquis generis eiusdem crura cum priora tum etiam poſteriora antrorſum flectuntur paulum in latus vergentia.* Quae eadem motus obſervatio nititur fabrica oſſium, quae pedes poſteriores regunt et fulciunt, in quibus fibulam radio anteriorum aequalem adeſſe in crocodilo animadvertit Gallus *Duverney*, qui non immerito brachiis quatuor potius quam pedibus incedere hoc genus autumat. Verum tamen haec oſſium tibiam et ulnam comitantium aequalitas ad omnem lacertarum gentem pertinet; itaque recte quis eius notam hanc ediderit: *corpus caudatum, ſquamatum vel poroſum, artubus quatuor, brachiorum inſtar, motu obliquo promovendum.* Philoſophi ſententiam Plinius pervertit libri XI ſect. 102 *ova parientibus quadrupedum crocodilo, lacertis, priora genua poſt curvari poſteriora in priorem partem aſſirmans: eſſe autem crura his obliqua humani pollicis modo.*

In Siamenſi, 10 pedes 8½ pollices longo, pedes poſtici, 2 pedes 2 pollices longi, ſolum usque ad apicem unguis omnium longiſſimi plus quam 9 pollices longum; unguis hic per curvaturam ſuam longus erat

1½ pol-

Digitized by Google

1½ pollicem, baſis 7½ lineas lata. Digitus quartus exunguis, conicus, cute craſſiore et fere granulata tegebatur: omnes quaternos membrana iungebat natatoria, craſſa, ita ut binos priores a primo articulo, ceteros a ſecundo articulo comprehenderet. Pedes anteriores paulo breviores brachia humana mentiebantur, digitorum quinorum extimi utrinque bini exungues et conici erant.

Deſcriptio omiſit, quem pictura ſupini crocodili monſtrat, limbum criſtatum, qui pinnae inſtar marginem exteriorem planum artuum a digiti extimi apice usque ad initium cubiti et cruris ambit, qualem in Americano ex pictura Sebana annotavit Laurentius, et ex natura pinxit Plumerius.

In ſuo Gallus Duverney pedum anteriorum longitudinem a corpore usque ad ungues 6½, poſteriorum 7½ pollicum reperit; pedum poſteriorum digitos quaternos exungues longiores anterioribus annotavit, membrana etiam natatoria granulata, latiore iunctos, quos medios ſquamae maiores utrinque minores obtegebant; ungues nigricabant, parumper inflexi minus quam dentes acuti.

In Africano et Americano, quos pro una eademque ſpecie habet, Gallus De la Ce-

Digitized by Google

Cepede ſaepiſſime marginem exteriorem pedum denticulatum poſuit, (*le bord exterieur eſt le plus ſouvent denticulé*) p. 200. quod ipſum vocabulum *ſaepiſſime* argumento eſſe poteſt, virum doctum plures ſpecies confudiſſe earumque notas peculiares uni communes feciſſe. In longiroſtri non annotatam verbis pictor criſtam pedum nimis magnam in pictura tam minuta appoſuit.

Ex ſceleti partibus praecipuam cranii fràbrica meretur attentionem vel ob ſolam maxillarum iuncturam ſingularem, quam falſam olim cum aliis tradidit Ariſtoteles; nec deſunt vel hodie, qui veterem errorem pauliſper immutatum renovent. Inter recentiores anatomiae magiſtros vetus error usque ad Veſalium permanavit; et cum omnes ſuperiorem maxillam ſolam mobilem crederent, peſſime cum pſittacorum maxilla eam compararunt. Primus Gallus Duverney inveteratum adeo errorem plane deſtruxit: nuper etiam egregiam cranii crocodilini Aegyptiaci cum Gangetico comparati deſcriptionem partim ex Petri Camperi ſchedis dedit; ſed qui cranii accuratam cum reliquarum lacertarum fabrica oſſea comparationem inſtitueret, et oſſium ſingulorum formam et uſum ex analogia enarraret, equidem nondum reperire vel legere memini.

Digitized by Google

Age nunc ordinem antea inſtitutum in explicandis cranii partibus ſequamur.

Qui Siamenſem ſecuerunt Jeſuitae, utriusque maxillae motum, inferioris tamen obſcuriorem admiſerunt, muſculorumque adeo utramque moventium enumerationem addiderunt. Attamen ipſa oſſium inſpectione convicti et coacti poſuerunt, quae maxillae ſuperioris motum omnem plane tollunt. Utramque aiunt ope proceſſuum oſſeorum quatuor coniungi, eorumque duos minores ſibi invicem applicatos, dum os clauditur, tendinibus firmari; duos reliquos enarthroſi jungi, inferiore proceſſum ſuperioris in cavitatem ſuam admittente. Totum cranium uno oſſe compactum, nullum ſuturae veſtigium monstrabat, in quo maxillae ſuperioris conjunctae fines perſequi liceret. Superior cranii pars interius ſepto craſſo et duriſſimo diviſa ſub ſe, trium pollicum ſpatio cerebrum continebat vix 2 pollices longum, 7 ad 8 lineas latum, et cum cerebello formam cucurbitae lagenariae mentiens, ſupra griſeum, intus albicans; unde nervi optici, ex lateribus partis anterioris orti, ſeparatim nec ſibi invicem ut in piſcibus juncti, procedebant. Muſculorum notitiam cranii deſcriptioni ſubjungam.



Digitized by Google

In qua notitia jam olim Gallus Duverney proceſſus oſſeos tendinibus junctos annotavit, eosque in crocodilo a ſe diſſecto defuiſſe admonuit. De ſuo vero ita docentem nunc audi. Motum ſuperioris maxillae nullum eſſe poſſe, vel ex fabrica oſſium apparet, quae a cranio non ſunt ſeparata, ut in pſittacorum genere et quibusdam aliis avibus, quae maxillam ſuperiorem aliquatenus movent, ſed prorſus coalita, ut juncturae veſtigium vel ſuturae nullum conſpiciatur. Singularis vero maxillarum junctura ex uſu rictus ampliſſimi ad deglutiendam et retinendam praedam dentibus caninis omnibus, non item ad comminuendam motu maxillarum laterali, aptiſſimi, pendere videtur. Oſſa ſcilicet temporalia poſterius cornu emittunt deorſum flexum, cuius infima pars gemino veluti condylo prominet et in geminam cavitatem utriusque alae maxillae inferioris, ſuperiorem, quin adeo totum cranium longitudine ſuperantis, ingreditur.

In locum proceſſus coracoidei anterioris cum temporalis oſſis tendine jungendi, qui plane abest, ſucceſſit alter poſterior, in quem maxillae inferioris ala utraque ultra geminam articulationis cavitatem deſinit, multo majorem et craſſiorem quam in carnivoris aliquot animalibus veluti leone et lupo ad

ape-

Digitized by Google

aperiendum rictum regendum musculo, qui ex cornu oſſis occipitalis ortus extremo proceſſui jungitur et vires musculorum maxillam inferiorem detrahentium adjuvat. Vel haec condyli cum occipite junctura ſatis docet, crocodilum praedam arreptam faucibus ingerere crudam, nec ullo modo dentibus confringere vel motu maxillarum laterali commolere poſſe. Hucusque Duverney, qui cranii deſuper conſpecti et maxillae inferioris iconem ſatis bonam apposuit.

Musculorum caput regentium duos maximos vertebrae dorsali nonae utrinque adjunctos repererunt in Siamenſi crocodilo Jeſuitae, qui caput attollerent. Duo alii in vertebra quinta dorſali intra thoracis ſpatium orti, pedem cum dimidio longi et pollices 3 cum dimidio craſſi, caput deprimebant. Quintus et ſextus multo minores lateribus versus claviculas adjuncti maxillam inferiorem aperiebant. Deinde geminus utrinque muſculus, magnus, tumidus maxillarum articulationem ambiens motum capitis lateralem regere videtur.

Hos capitis muſculos in ſuo crocodilo Gallus Duverney annotare omisit. Borrichius muſculum cervicis flexorem, octo digitos transversos longum tres craſſum, rotundulum et ſubstantiae ſolidiſſimae annotavit,

in quo uterque fibrarum musculi verſus, intermedio nervoso tendine, pulchre eminebat, pennam anſerinam non inique referens. Breviter Veslingius de Aegyptiaco: Maxilla, inquit, ſuperior capiti per harmoniam jungitur, adeoque cum illo movetur: inferior mobilis quidem ſed obscure, niſi caput irritatum animal erigat: muſculos constrictorios habet validiſſimos, qui pariter motum eiusdem comprobant. Maxilla utraque maxima longitudine praedita, ſuperior tota oſſea; niſi quod anterius exigua habet foramina pro naribus.

De Americano ita Plumerius tradit: *La machoire inferieure eſt composée de deux os principaux joints au bout partie par ſuture et partie par harmonie. Ils ſont creux en partie; leur ſubſtance eſt très ſolide et très blanche et ſans moelle. Chaque os eſt composé de trois pièces jointes partie par harmonie et partie par une grande digitation. Il y a quinze ou ſeize alveoles fort profonds tout le long du bord ſuperieur de chaque partie de cette machoire; et chaque alveole contient une dent qui s'y enchâſſe par gomphoſe. Je ne pus examiner de combien de pièces étoit composé le crane et la machoire ſuperieure à cauſe que le coup d'arme en avoit fracaſſé tout le devant, rompu en travers la machoire*

*choire et fendu tout le crane bien avant vers le derrière. J'avois bien reſervé un crane entier d'un autre que je pris quelques jours après pour l'examiner bien à loiſir, mais mon retour inopiné en Europe ne me permit pas de le faire bouillir pour obſerver de combien de pieces il étoit composé.*

Conjunctionem maxillae inferioris immanis longitudine cum temporali oſſe comparat Blumenbachius in Oſteologia comparata p. 238. cum articulatione radii et humeri in humano ſceleto.

Gangetici ſceleton omnino cum Nilotico convenire excepto capite affirmat Merck. In illo videlicet roſtrum multo productius aemulatur mergi roſtrum angustum: dentes pro portione minores, cava radice. In foraminis narium fundo foramina duo incisiva apparent. Oſſa maxillaria roſtrum componunt; inter os maxillare et os unguis naſalia minuta inſeruntur. Os intermaxillare (incisivum malim vocare cum aliis) fere tertiam roſtri partem occupat. Os unguis velut in Nilotico canalem lacrimarum manifeſtum habet, a Gallo Duvernoy omiſſum.

Condylus occipitalis velut in avium cranio ſimplex adeſt in utraque specie. Naribus Gangetici vomer deest: naſalia oſſa breviora et anguſtiora ſunt quam in Nilotico;

Sinus

Digitized by Google

Sinus ſphenoidales tenues, in ovorum ſpeciem intumeſcentes, magnam orbitae partem poſterius implent a latere proſpecti: in Nilotico multo minores et plani. Condylus maxillae ſuperioris excipitur a maxilla inferiore: differtque eatenus crocodilus a reliquis animalibus. In iis enim maxilla inferior condylum exporrigit, qui a maxilla ſuperiore excipitur. Singularis haec articulatio causa est erroris veterum, qui mobilem maxillam ſuperiorem ſtatuebant, quemadmodum in pſittaco, aquila et cet. Mobilitas haec a ſitu relativo pendet, quo in errorem inducuntur imperiti. Haec de maxillarum crocodilinarum articulatione et motu verba sunt Camperi a Merckio relata: in quibus accuratam viri egregii diligentiam non agnosco. Multo enim haec copiosius jam olim Gallus Duverney enucleaverat. Hinc ſatis mirari non poſſum exortum tamen nuperrime in Suecia virum doctum *Matthiam Jacobſſon*, qui crocodilini generis a gente lacertarum reliquarum ſeparati has notas poneret: maxillam ſuperiorem mobilem, dentesque exſertos. Quanquam video virum doctum maxillarum conjunctionem eiusque rationem omnem bene vidiſſe verbisque explicaſſe, p. 12. ubi tamen iterum est: *in ſuperiore maxilla condy-*

*los*

*los duplicatos invenias: eſtque haec ipſa, quam memoravimus, articulatio, quae ſuperiorem maxillam reddit mobilem quidem, verum ob parum impreſſam foſſarum glenoidearum cavitatem, debiliorem quoque efficit articulationem.* Is in condyli coronoidei, ubi videlicet adeſt, regione maxillae inferioris marginem ſuperiorem et inferiorem parum exſertum eſſe annotavit: in parte poſtica maxillae inferioris adeſſe foramen magnum, exterius cute communi tectum: duo alia interiora adeſſe et muſculos motorios ingredientes admittere: totamque maxillam oſſibus 10 tenuibus laxe invicem coniunctis componi.

Omnino fabricam oſſium claſſi lacertarum communem ſi viri docti cum crocodilo contuliſſent, minor admiratio ſtructurae cranii et maxillarum juncturae fuiſſet, multoque faciliorem habuiſſent explicationem eorum, quae a ſolenni oſſium forma parum recedunt. Equidem pauca hic tantum de forma cranii ſingulorumque eius oſſium delibabo ex accurata crocodili oſteologia, quam cum reliquis annotationibus anatomicis peculiari faſciculo ſervata repoſui. Primum repetam, quae de lacertarum et ſerpentium differentia anatomica tradens egregius Pallas in Novis Commentariis Petropolit. XIX,

p.

Digitized by Google

p. 433. de cranio lacertae apodis poſuit. Cranium, inquit, ſolidioris multo compagis eſt quam in ſerpente, formaque tota duritie et contignatione ut in lacertis majoribus ſe habet. Cerebri caverna minima inter geminos parietes verticales, e trabecula perpendiculari (a, a, picturae appoſitae a Pallaſio) et aſſerculis ſinguli lateris duobus oſſeis compactos, antice tota patet et effundit nervos, in organa varios per hiatus tendentes. Scutum bregmaticum simplex poſtice in cornua duo robuſta (b, b) divaricatum, quae ab olla cerebri disjuncta committuntur oſſi utrinque difformi, quod tympani cavitatem continet, et cui infra mandibula non condylo ſed cavitate cotyloidea adarticulatur. Mandibula e quatuor oſſibus conſtat, quorum duo poſteriora ramos conſtituunt, anticisque arcubus dentatis harmonia lacera coadunantur. Dentes nulla incuneatione firmati, ſed oſſe ſolido maxillis continui videntur, intus inſigni poro excavati. Squamae caput tegentes ipſa cranii oſſa incruſtant, et in fronte anterioreque ſcuti bregmatici parte adeo ſunt inolitae, ut nulla vi niſi fractis oſſibus ſeparari queant. Hucusque vir egregius! In pictura appoſita cranii lacertae apodis occipitis et maxillae inferioris fabrica non potest agnoſci: ſed os intermaxil-

xillare commune perſpicue expreſſum exſtat; verum id uno veluti oſſe compoſitum pingitur; et maxillae inferioris proceſſus ultra cavitatem cotyloideam non porrigitur. In lacertae Iguanae cranio os intermaxillare duobus componitur oſſibus; et maxillae inferioris proceſſus ultra cavitatem dictam adeoque ultra totius cranii eiusque proceſſuum longitudinem excurrit, ut pictura in fine huius Faſciculi ſubjuncta docebit.

Oſſa temporalia a frontis oſſibus harmonia transverſa, in orbitae marginem poſteriorem continuata, diviſa ſuperne formam trianguli fingunt, ad cuius latera utrinque in proceſſus arcuatos, latos, acuminatos, zygomaticos deſinunt. Fig. III. b. b. ſunt oſſa temporum cum proceſſibus zygomaticis. Illa diviſa non ſunt, ſed unico oſſe conſtant. Os zygomaticum orbitam a parte poſtica totam claudit. Proceſſus ſcilicet zygomaticus triangularis est, et ab anteriore parte proceſſui malari, ſuperius vero angulis junctim excurrentibus oſſis bregmatis et temporum medio oſſe oblongo in facie interna, jungitur; a parte poſtica medio oſſe trigono jungitur; cum proceſſu oſſis temporum zygomatico, cui incumbit os hoc trigonum tenue. F. III. c. proceſſus zygomaticus

ticus, d. os trigonum, quod oſſium temporalium proceſſui zygomatico incumbit.

Oſſa palatina fere ut in avium palato formata conſpiciuntur, in eo tamen diverſa, quod latera utrinque cum maxillae ſuperioris facie interna juncta ſunt in lacerta. Praeterea in avibus oſſa palatina anteriora vomeri applicantur, eidemque applicantur duo oſſa palatina poſteriora anguſta, quae cum oſſe intermaxillari communi articulatione coeunt fine poſtico; ſed fine antico lateribus vomeris applicantur mobilia juxta atque anteriora et tota maxilla ſuperior. Scilicet anteriora a poſterioribus diviſa, multo latiora, choanam ſola fingunt. In lacerta contra oſſa palatina poſteriora una cum ſphenoideo choanam formant, atque utrinque in latere binos proceſſus emittunt, anteriores extrorſum et deorſum flexos, quales in Figura III. ad literam e conſpicis, et poſteriores, quales in Fig. III. ad literam f vides, retro et deorſum flexos, et multo longiores. Anteriores proceſſus juxta atque infra condylum coronoideum maxillae inferioris deſcendunt, et muſculorum ope maxillae inferiori junguntur, eamque ita firmant. Supra hunc proceſſum oſſa poſteriora palatina proceſſu brevi horizontali junguntur faciei internae oſſis zygomatici. Plane ſimiliter in cranio lo-

Digitized by Google

loxiae enucleatricis oſſa palatina priora divaricata, deorſum flexa et fine furcato maxillae inferioris proceſſui ſeu condylo coronoideo magno in facie interna alligantur. Proceſſus poſteriores Fig. IV. d. d. usque ad os commune intermaxillare a. a. Fig. IV. pertingunt, eodem plane modo, ut in avium cranio. Videtur tamen in lacerta oſſi communi intermaxillari ſimul et maxillae inferiori ad latus internum cavitatis cotyloideae jungi muſculorum ope. Os intermaxillare commune erectum inſiſtit cavitati cotyloideae Fig. IV. a. a. inferno gemino capite non adeo protuberante, ſuperiore unico, multo majore, fere triangulari. Facies interna orbitae obverſa plana, b. ad Fig. IV. externa vel poſtica utrinque ſinuata, in medio decurrente carina obrotundata; ſinus ſiniſter extrorſum, dexter introrſum ſpectat. Huic oſſi cutis ſquamata cum foramine auditorio et tympano ſuperintenditur. Illi deſuper incumbit eique annexum est os parvum et curvum Fig. IV. c. c., quod fine latiore bifido proceſſui zygomatico oſſis temporum incumbit, illique ope musculorum annectitur; inferiore fine capitato oſſi majori intermaxillari communi jungitur.

Pallas ſcutum bregmaticum ſimplex poſtice in cornua duo robuſta divaricari ait, (pro-

(proceſſus zygomaticos oſſium temporum intelligi voluit,) quae ab olla cerebri disjuncta committantur utrinque oſſi difformi, quod tympani cavum contineat, et cui infra mandibula non condylo ſed cavitate cotyloidea adarticuletur. Pallas igitur in lacerta apode os intermaxillare commune ſimplex, non geminum, et praeterea mandibulae nullum condylum vidiſſe videtur. Pictura cornua duo cum oſſe intermaxillari communi ſimplice ſatis manifeſta reddidit; reliquam ſtructuram obſcuravit. In avibus eadem ratione os intermaxillare commune facie ſua poſtica tympani membranam ſuſtinet et cavitatem tympani ex parte aliqua effingit: eadem etiam ratione tendo fortiſſimus proceſſum oſſis temporalis avium mandibulae inferiori ſuper finem zygomatici incedens alligat. In loxia tamen enucleatrice condylo coronoideo alligat.

In inciſura aliqua ſeu fovea oſſis palatini proceſſus poſterioris, quae porrigitur ad juncturam oſſis ſphenoidalis cum palatinis poſterioribus, erecta inſiſtit trabecula teres, tenuis, longa Fig. IV. b. b. eaque ante cavitatem cerebri excurrit ad juncturam oſſis bregmatis et temporalis, ſed infra eam ſpatio lineae $\frac{1}{10}$ disjuncta ſubſiſtit. Hanc trabeculam perpendicularem in lacerta apode no-

nominat Pallas, ubi cerebri cavernam minimam formari ait inter geminos parietes verticales e trabecula perpendiculari et aſſerculis ſinguli lateris duobus oſſeis compactos. Sed haec trabecula, paulum antrorſum inclinata, ad cerebri cavernam, anterius totam patentem, pertinere non videtur.

Os occipitis ab oſſe temporum unico inciſura ſatis lata ubique diviſum ita, ut os temporum proprie illi incumbat, non ſutura aut harmonia jungatur media. Dividitur ſuturis vel harmoniis in 4 partes; quarum prima ſuperior convexa ollam cerebri effingit; ſub hac utrinque duae partes in duos proceſſus (maſtoideos?) excurrunt, quorum capita oblonga in linea recta et perpendiculari ſub proceſſibus zygomaticis temporum oſſis collocata, poſteriori lateri capitis magni ſuperioris, quod est in oſſe intermaxillari communi, acclinatur, et cum eo ope muſculorum jungi videtur. Sub his proceſſibus verſus interiora in latere ſitum est foramen ovale cum ſtylo ſtapediformi infixo; porro ſub proceſſibus his partes duae oſſis occipitalis ſutura vel harmonia transverſa a quarta parte ſegregantur. Haec harmonia transverſa verſus condylum occipitis unicum aſcendit, et partem utrinque condyli ſecat. Tertia pars maximam condyli partem conſti-

tuit;

Digitized by Google

tuit; deinde angulum efficit, ex quo in idem planum cum oſſe ſphenoidali tranſit, a quo harmonia transverſa ſegregatur. Haec tertia pars in latere utrinque, magis vero introrſum excavatur fovea magna oblonga, ex qua in ſuperiore parte foramen in cerebri cavitatem ducit ſub foramine ovali ſtyliformem ſtapedem continente. Ergo os occipitale cum ſphenoidali efficit ollam cerebri, nec temporale os uſpiam aut occipitale aut ſphenoidale attingit.

Gallus Geoffroi in Deſcriptione aurium in variis animalium generibus os ſuboccipitale nominavit, in quo labyrinthus exſculptus lateat, et occipitis proceſſus nominat eos, quos equidem oſſis temporum ſimplicis proceſſus dixi. Haec diverſitas nominum arguit ſitus aliquam diverſitatem in lacerta a Gallo inſpecta.

Tranſeo nunc ad comparandas cranii crocodilini in Tabula I. et II. picti partes praecipuas. Os zygomaticum in lacertis reliquis 3 partibus diſtinctis componitur, 1. parte maxillari, 2. frontali proceſſu, qui orbitam poſtice claudit, 3. zygomatico, qui cum proceſſu oſſis temporalis non ſutura ſed ope muſculorum jungitur. In crocodilo pars maxillaris et proceſſus frontalis coaluerunt, nulla ſutura diſtincti F. I. d. d. d.

d.

Digitized by Google

d. Proceſſus zygomaticus firmiſſima ſutura junctus haeret praecedentibus duabus partibus et poſtice oſſi longo condylum maxillae efficienti.

Os hoc longum non eſt aliud niſi quod in lacertis reliquis et avibus intermaxillare commune vocavi. Hoc in crocodilo incuneatum et incluſum haeret inter proceſſum zygomaticum zygomatici oſſis, et proceſſum ſecundum ſeu occipitalis oſſis. Adſcendens cavitatem tympani format, ſemicircularem aurium aperturam, et marginem anticum foraminis, ex quo tuba Euſtachiana emergit. Supremo fine jungitur oſſi temporum et parietali, cum quo cavitatem ovalem poſt orbitam efficit, ab aliis pro foramine auditus habitam, ubi videlicet aperta patet in ſuperiore cranii facie. Inferius cohaeret cum oſſe ſphenoidali et palatinis.

Occipitale os ut in reliquis lacertis in 4 partes ſuturis manifeſtis dividitur, 1. in partem occipitalem, 2. et 3. in partes duas condyloideas, (quae in homine dicuntur,) 4. in partem baſilarem, in crocodilo multo anguſtiorem ſed longiorem, in lacertis reliquis brevem et latiſſimam. Proceſſus igitur illi duo, qui temporalibus ſubjacent, ſunt proprie apophyſes condyloideae dicendae in lacertis et crocodilo.

Oſſium

Oſſium palatinorum proceſſus priores adſunt ut in Iguana, ſed multo altiores et latiores, poſteriores contra Iguanae plane deſunt. Choana multo minor eſt pro ratione, et forma triangularis.

Figura II. maxillam inferiorem integram a latere conſpiciendam ſiſtit, in qua proceſſus coronoideus nullus, qui cum palatino anteriore ope muſculorum jungatur, adeſt, qualis in Siamenſi crocodilo et lacerta Iguana conſpicitur. a. a. geminos ſinus cavitatis cotyloideae ſignificant, quibus capita gemina inferiora oſſis intermaxillaris communis inferuntur.

Diſcrimen igitur ſummum fabricae cranii crocodilini et reliquarum lacertarum in eo vertitur, *ut os zygomaticum multo magis deorſum et extrorſum ductum ſit: os commune intermaxillare cum temporali et condyloideo proceſſu coaleſcat immobile, et os temporale multo latius et planius ſit quam in lacertis reliquis. Os denique parietale multo magis cavitatem cerebri claudit et majus eſt.*

Piſcium anguillaeformium maxillas oſſe communi intermaxillari junctas cum avium et viperarum ſtructura, recte jam olim comparavit atque icone quanquam non ſatis lucida illuſtravit egregius *Vicqdazyr* in De-

ſcrip-

ſcriptione anatomica Piſcium inſerto gallici libri *Mémoires preſentés à l'Academie* Tomo VII. Nunc ad reliqua oſſa explicanda apponam virorum doctorum obſervationes.

Vertebras in ſceleto Siamenſis crocodili Jeſuitae 62 numerant, quarum 6, gemina furca ſimili furcae gallinarum, in tertio juniore animale ſimplice, fultas collo, 11 dorſo, 8 oſſi ſacro, reliquas caudae tribuunt. Prima collaris vel Atlas condylum occipitalem in cavitate ſua anteriore receptum multis tendinibus vinctum firmat: ex quo capitis motum peculiarem a motu colli ſeiunctum aliquem eſſe poſſe viri docti coniiciunt. Coſtas in juniore veras utrinque 11 et ſpurias 7 numerant. Ex veris binae priores et poſtrema utrinque vertebris non adhaerent, igitur dimidiatae potius dicendae. Verae partibus duabus ſynchondroſi junctis conſtant, quarum ea, quae ſterno jungitur, quo fiunt coſtae humiliores, eo fit longior, minore etiam eſt oſſis duritie. Sternum velut inverſum adeſt; proceſſum enim vel cartilaginem xiphoidem ſupra gerit, deſinentem in mucrone plano verſus collum directo; latera contra latiora clavicularum colligationem cum ſterno obtegunt. Clavicularum extremitates latiſſimae ſunt; altero fine omoplatis laxe junctae motum humerorum facillimum admittunt.

tunt. Coſtae ſpuriae oſſe molliuſculo conſtant, excepta poſtrema, quaè oſſeae duritiae latitudinem triplo maiorem iungebat. Oſſa duo plana, articulatione cum parte ſuperiore oſſis iliaci juncta eo ipſo in loco, ubi caput femoris recipit inſertum, altero fine latiore invicem ope ſynchondroſeos coeunt in media alvo, et partes molles inteſtinas ventris objectu ſuo tutantur.

Gallus Duverney in juniore ſuo crocodilo vertebras omnino 59, videlicet colli 7, dorſi 12, lumborum 5, ſacri 2, caudae 33 numeravit. Atlas condylum rotundum occipitis receptum condit in cavitate ſua: medullam canalem ſuum ingreſſam deſuper tegit proceſſus latus et planus, isque ſimul atlantem occipiti ſupra foramen firmiter jungit. Infra proceſſus utrinque longus ad alteram et tertiam vertebram pertingens cum ſimili pari alterius vertebrae applicat ſe proceſſibus transverſis tertiae vertebrae. Praeter hos proceſſus utrinque decumbentes altera vertebra ſpinoſum ſupra emittit verſus tertiam inflexum. Huius in radicibus utrinque verſus finem proceſſus parvi plani et obliqui adſunt, cum ſimilibus tertiae vertebrae anterioribus proceſſibus articulatione jungendi. In hac tertia et reliquis omnibus totius corporis vertebris quaterni hi proceſſus parvi obliqui an-

te-

teriores bini totidemque poſteriores adſunt, ut fere in ceteris omnibus animalium ſceletis. Tertia vertebra quatuor partibus componitur, quae junctae trigonum formant, dum tres includunt quartum, cum quo articulatione copulantur. Medium os truncum, ſuperius proceſſum ſpinoſum, lateralia proceſſus laterales vocabimus. Truncus anterius cavitatem rotundam, poſterius condylum rotundum gerit: infra proceſſus adeſt ſpinoſus parvus, medius inter duos transverſos cum lateralibus articulatione jungendos. Proceſſus ſpinoſus ſuperior cavitatem medullae transmittendae efficit ope duorum proceſſuum latorum, qui primum cum trunco vertebrae junguntur, deinde alios proceſſus minutos emittunt, obliquos, unum utrinque, cum proceſſibus lateralibus jungendos. E regione horum quatuor proceſſuum adſunt alii quinque, ſpinoſus nempe medius et bini utrinque obliqui, quorum anteriores cum ſimilibus ſecundae, poſteriores cum anterioribus quartae vertebrae conjunguntur. Proceſſus laterales junguntur proceſſibus parvis transverſis trunci, parvis obliquis a proceſſu ſpinoſo ortis, ope deinde duorum proceſſuum, quibus utrinque inſculptum eſt foramen recipiendis venis et arteriis nuchalibus. Corpus uniuscuiusque horum oſſium lateralium longius-

giusculum ſequitur ſpinae dorſalis directionem, acutum, ſine plano, et cum ſinibus iisdem lateralium proceſſuum ſequentium vertebrarum conjungendo. Ceterae omnes colli vertebrae huic tertiae pares ſunt: dorſales et caudales parum a ſe diverſae gaudent proceſſibus parvis obliquis quatuor ad latus ſpinoſi utrinque poſitis, et transverſis duobus ſimplicibus. Caudalium proceſſus ſpinoſi tenues ut collarium, contra ſuperiorum trunci valde lati ſunt: quinque etiam anteriores trunci vertebrae proceſſum ſpinoſum parvum infra gerunt veluti collares: proceſſus transverſi ſuperiorum trunci vertebrarum cum coſtis junguntur; caudales vertebrae infra proceſſum ſpinoſum gerunt geminum, in apicem unum coeuntem. Oſſis ſacri duae ver tebrae ut caudales 19 poſtremae transverſis proceſſibus carent.

Coſtarum 12 quarum duae anteriores et poſteriores ſternum non attingunt: omnes tribus partibus, una oſſea duabusque cartilagineis compoſitae. Quatuor primae cum trunco vertebrarum coniunguntur ſimulque emittunt proceſſum transverſis proceſſibus vertebrarum jungendum: reliquarum una eſt cum trunco vertebrarum junctura. Sternum uno oſſe compoſitum ad coſtam tertiam modo pertingit: reliquae cartilagini xiphoidi

adhac-

adhaerent, longitudine duplicata cartilaginem ſuperanti, et mediae rima anguſta longaque fiſſae. Pectus ipſum propter humiles pedes anterius planum et latum, nec ut in cetero animalium genere altum et in acumen utrinque contractum anterius. Omoplatarum duplicium pars altera anterior cum ſterno coniuncta clavicularum vices gerit, ut in chamaeleonte et ſalamandra, (et reliquis lacertis omnibus.) Acetabulum recipiendo humeralis oſſis capiti inest ei loco, ubi claviculae cum omoplatis coeunt, plane ut in teſtudinum genere. Duae oſſis ſacri vertebrae loco proceſſuum lateralium os habent adjunctum utrinque, cuius altera extremitas coit cum oſſibus innóminatis. Oſſa iliaca anterius ſita ſunt, nec latera occupant, oſſibus pubis forma et ſitu paria. Os iſchion jungitur cum eo oſſe, quod loco lateralis proceſſus emittunt vertebrae, quibus conſtat os ſacrum, pubis et iliacum. Acetabulum capiti femoris recipiendo inſculptum eſt ipſi juncturae trium oſſium innominatorum. Artuum oſſa nullo fere alio diſcrimine differunt, niſi quod trochanterem, alias femori peculiarem, os humeri hic gerit: praeterea crura cubitis ſimilia plane ſunt, et pro fibula radium tibiae junctum gerunt. Picturae tres additae ſternum cum claviculis et omoplatis, verte-

brarn

Digitized by Google

bram collarem et os ſacrum cum partibus illi adjunctis exhibent.

Ol. Borrichius (De Hermetis, Aegyptiorum et Chemicorum ſapientia. Hafniae 1674, p. 272.) in animale quatuor pedes longo ex Indiis orientalibus, ut ait, allato numerat vertebras 60 omnino, et quidem 9 collares, 20 dorſales, reliquas caudales. Maxima illa, inquit, in caeteris animalibus apophyſis, quae poſtica parte vertebris adnaſcitur, et proprie ſpinam dorſi conſtituit, una cum duabus lateralibus apophyſibus in crocodilo luculenta epiphyſis eſt, nequaquam apophyſis. Levi enim in aqua coctura a reliquo vertebrarum corpore ſeparabatur patente ad ſpinalem usque medullam largo hiatu, eoque ad extenſiones in vivo animali ſequacior eſt. Vertebrarum caput inferius longe ultra corpus vertebrae procurrit, exſtante admodum tuberculo; ſuperius autem profunda cavitate ſubſidit, ut caput, ſive dentem vocare libeat, proximae vertebrae commode alveo ſuo excipiat, paene in morem interioris illius capitis in oſſe femoris, quod profunde coxendicis acetabulum ingreditur. Accedit mucoſa illa cartilago, quae tum alveos tum capita vertebrarum incingit. Denique extenſionis facilitati complementum addunt quindecim oſſeae epiphyſes, furcillis, quibus militum

litum bombardae incumbunt, ſimiles, quae incipiunt in primis caudae vertebris et quindecim ſequentia vertebrarum internodia antica fulciunt firmantque, adeo ut ſi illae, quibus inſiſtunt, caudae vertebrae tantillum a ſe recedant, contineantur tamen in officio et a luxatione immunes ſint ſtantium harum furcillarum beneficio. Praeter morem caeterorum animalium non tantum coſtae crocodilo oſſeae ſunt, ſed et cartilagineae, quae medio oſſeae tribus locis diſtinguuntur ſingulae, cartilagine pellucida, nequaquam oſſea. In omnibus coſtis veris, quae novem paribus finiebantur, tuberculum eminebat oſſeum, ad digitum unum ab ipſis vertebris diſtans, quod ipſum leviter impreſſo cultello facile dividebatur, oſtendebatque ſingulas coſtas ex duobus conſtare oſſibus, quibus deſinentibus cartilagineae incipiebant coſtae, et illae tribus interſectionibus pellucidis et mollioribus adeoque ad extenſionem promtioribus diſtinctae, quae ſternum conſtituebant. Oſſa pubis conum obtuſiorem ſed planiorem aliquatenus referebant. Hucusque Borrichius, qui ex hac vertebrarum inprimis coſtarumque fabrica intelligi putabat, quatenus verum ſit, et qua ratione fieri poſſit, quod Ariſtoteles ait quosdam tradidiſſe, crocodilum augeri, quamdiu vivat.

Ac-

Digitized by Google

Accuratiſſimam Plumerii notitiam et ſingulorum corporis oſſium deſcriptionem nunc accipe ipſis auctoris verbis, jam olim a me publicatam in Promtuario Lipſienſi anni 1787, P. IV. p. 455. ſqq.

„Le col étoit compoſé de 7 vertèbres à „comter depuis la vertèbre qui eſt jointe au „crane juſqu'à celle qui eſt attachée à la pre„mière fauſſe côte excluſivement. Le dos „étoitc ompoſé de dix neuf vertèbres, à com„ter depuis celle qui porte une petite fauſſe „côte juſqu'à la dernière incluſivement de „celles auxquelles l'iſchion eſt attaché. De „ces dixneuf vertèbres les douze premières „portent les côtes, dont il y en a huit ſeu„lement de veritables; car les deux premiè„res et les deux dernières ſont fauſſes. „Des autres ſept vertèbres qui reſtent, j'en „comte cinq comme lombaires et les deux „autres comme un ſacrum à cauſe que „l'iſchion y eſt attaché. La queue étoit com„poſée de trente ſix vertèbres; ainſi toute „l'épine à comter depuis la première ver„tèbre attachée immediatement au crane juſ„ques à la dernière de la queue incluſive„ment étoit compoſée de ſoixante deux ver„tèbres. La première vertèbre, ſçavoir l'At„las, eſt compoſée de ſix oſſelets, ſçavoir un „ſemblable à l'hauſſecol d'un officier d'ar-

„mée,

Digitized by Google

„mée, deux ſemblables à deux boulons à
„crochets, un fait en demi-enclume, et les
„deux derniers en façon d'une petite ſpatule
„tant ſoit peu vuidée. Les quatre premiers
„de ces oſſelets ſont joints en telle manière
„qu'ils forment une grande ouverture, par
„où entre la moelle du cervelet, pour delà
„paſſer tout le long du conduit des vertè-
„bres. C'eſt ſur cette première vertèbre que
„le crane eſt attaché par un fort ligament
„membraneux, et ſur laquelle il fait ſon
„mouvement par une petite tète ou dent en
„demiboule qu'on voit immediatement ſous
„l'ouverture, par où la moelle ſort, et qui
„tourne ſur une petite cavité qui eſt ſur le
„haut de l'enclume. La ſeconde vertèbre
„eſt un os compoſé de deux pièces jointes
„enſemble par une forte ſuture. La pièce
„inferieure eſt un corps longuet, preſque
„rond, mais un peu plus épais aux deux
„bouts qu'au milieu, ayant ainſi preſque la
„figure d'une petite bobine, excepté que le
„deſſus eſt creuſé en goutière. Il a une
„groſſe épiphyſe attachée au devant de la
„tète fort épaiſſe et faite en manière d'un
„ecuſſon, et une groſſe dent ronde ou preſ-
„que demiboule à ſa queue qui ſ'enchaſſe
„dans une grande cavité creuſée dans la tête
„de la troiſième vertèbre ſuivante. La par-
„tie

Digitized by Google

„tie ſuperieure eſt faite en façon d'un pont „qui joint à la goutière de la partie infe- „rieure forme un conduit ou tuyau entier. „Ce pont eſt ſurmonté en toute ſa longueur „par une grande apophyſe large et mince en „façon d'une crête. Il eſt cornu aux deux „extremités par quatre autres apophyſes, „deux devant et deux derrière. Ces quatre „apophyſes reſſemblent à quatre dents ou „pattes rondes, plattes et étendues en façon „de quatre petits ailerons. Les deux de de- „vant ſont plus petites que les deux de „derrière, et celles-çi ſ'appuient juſtement „ſur les deux apophyſes antérieures de la „vertèbre ſuivante, et les deux de devant „ſoutiennent les deux crochets de la pre- „mière vertèbre. Cette ſeconde vertèbre a „encore deux épiphyſes longuettes, pointues „et à double tête, qui ſ'attachent par ſyn- „chondroſe à cette groſſe tête, qui eſt ſi fort „attachée à ſon devant qu'on ne peut l'en „ſéparer qu'avec peine. Ces deux épiphy- „ſes ſont auſſi couchées de biais tournant „les pointes vers la queue des vertèbres. „C'eſt ſur ces deux épiphyſes que les deux „ſpatules de la première vertèbre ſont cou- „chées et attachées par ſynchondroſe.

„La troiſième vertèbre eſt auſſi un corps „compoſé de deux parties attachées enſem-

„ble

„ble et faites preſque comme celles de la „première, mais avec cette différence, que „la tète de la partie inférieure eſt creuſée „par une grande cavité et la queue relevée „par une groſſe dent ou tête demironde, „ſemblable à la tête d'un clou de carroſſe. „Le deſſous eſt auſſi relevé par trois peti- „tes apophyſes, une à chaque côté et l'autre „au milieu de ces deux. La partie ſupé- „rieure eſt auſſi relevée d'une apophyſe en „façon d'une crête, mais beaucoup plus „étroite que celle de la première. Les qua- „tre apophyſes que j'ai dit reſſembler à des „pattes arrondies et plattes ſont un peu plus „grandes et toutes quatre égales. Elle a „encore une petite apophyſe à l'endroit où „elle ſe joint à la partie ſupérieure ſur cette „apophyſe, où on voit une épiphyſe atta- „chée, mais differente des deux epiphyſes „de la première et ſeconde vertèbre, qui „ſont longuettes, et celles-çi courtes et atta- „chées par deux têtes aux apophyſes des „deux parties de la vertébre. Ces epiphy- „ſes reſſemblent à des petits enclumes à „deux jambes tournées en haut, et le deſſus „qui eſt un peu arrondi tourné en bas et „couché le long des vertèbres de même que „les épiphyſes des deux premières vertèbres. „Les quatre vertèbres ſuivantes ſont tout à „fait

Digitized by Google

„fait conſtruites comme cette troiſième à la „différence que leur apophyſe ſupérieure eſt „un peu plus longue, plus étroite et plus „aiguiſée.

„Je n'ai donné que 7 vertèbres pour le „col, quoiqu'on pourroit encore mettre les „deux ſuivantes pour la huitième et pour „la neuvième; mais j'ai crû devoir mettre „ces deux dernières dans le nombre de celles „qui compoſent l'épine du dos, à cauſe des „deux fauſſes côtes qui leur ſont adjointes, „outre qu'elles ſont ſituées immediatement „ſous los omoplates. J'ai comté auſſi vingt „vertèbres pour l'épine du dos à commen„cer par la première de ces deux qui por„tent des fauſſes côtes juſqu'à cette vertè„bre incluſivement qui eſt attaché aux deux „vertèbres, où ſont attachées les os des „hanches.

„Il reſtoit encore trente cinq vertèbres „que j'ai mis pour toute la queue, ainſi je „trouve que toute l'épine étoit compoſée de „62 vertèbres à conter depuis le crane juſ„ques au bout de la queue incluſivement, „quoique Olaus Borrichius n'en ait trouvé „que 60 dans celui qu'on avoit apporté des „Indes orientales a Conpenague, comme il „remarque dans ſon Hermetis Aegyptiorum „Sapientia p. 270, mais qui en recompenſe

„avoit

„avoit neuf paires de veritables côtes au „lieu que celui-çi n'en avoit que huit pai„res: auſſi étoit ce une femelle, que je crois „en avoir moins que les mâles; car quel„ques jours auparavant j'avois diſſequé un „fort petit Crocodile qui en avoit neuf pai„res. Je ne remarquai pas pourtant ſi c'é„toit un mâle ou une femelle, comme ce „grand qui étoit femelle, et qui n'avoit que „deux vertèbres qui tinſſent aux hanches, „au lieu que le petit en avoit trois, et dans „lequel je comtois auſſi 62 vertèbres; peut„être que ce nombre n'eſt pas fixe dans „tous les ſujets.

„Les vingt vertèbres qui compoſent l'é„pine du dos ne ſont guères différentes de „celles qui compoſent le col, ſi ce n'eſt que „les apophyſes ſuperieures ſont beaucoup „plus larges, taillées preſque quarrement et „preſque contigues les unes aux autres, en „manière qu'elles compoſent toutes enſem„ble une longue crête, qui régne tout le „long du dos. Elles ont auſſi deux gran„des apophyſes laterales perpendiculaires „aux vertèbres mêmes, couchées de plat et „arrangées comme les dents d'un peigne à „l'oppoſite les unes des autres. Les ſix pre„mières de ces vertèbres du dos ont encore „une petite apophyſe par deſſous, et outre

„cette

„cette apophyſe les quatre premières en ont „une autre petite à chaque côté, ſituée im„mediatement au deſſous des grandes, où „ſ'attache une des têtes des quatre premiè„res côtes„ Les autre quatorze ſuivantes „ſont entièrement nettes par deſſous ſans „aucune éminence, ſi ce n'eſt aux extrémi„tés qui rebordent tant ſoit peu en façon „de lèvres, ce qui rend le milieu de chaque „vertèbre enfoncé et creuſé en manière de „poulie; mais cela leur eſt commun avec „toutes les autres vertèbres.

„Je comtai 12 paires de côtes dans cet „animal, ſçavoir 8 paires de veritables et 4 „paires de fauſſes, et de celles-çi deux paires „au devant et deux paires après les veri„tables. Elles ont toutes deux têtes, ex„cepté les deux dernières fauſſes qui n'ont „qu'une ſimple tête. Les quatre premières „paires ont chacune leurs deux têtes atta„chées à deux apophyſes ſeparées l'une de „l'autre; mais les autres paires ont leurs „deux têtes attachées ſur une même apo„phyſe, une à l'extrémité de l'apophyſe et „l'autre dans une petite ſinuoſité taillée dans „la tête antérieure de l'apophyſe même. Les „quatre paires fauſſes ſont entièrement oſ„ſeuſes et ſans aucun adjoint de matière „cartilagineuſe, comme on voit dans les ve-

„ri-

ad Ariſtotelis Hiſt. Animal. p. 263. *Sa tête, ſon dos et ſa queue étoient couvertes d'écailles ou plutôt d'une multitude de boſſes terminées par une pointe mouſſe: ces boſſes pouvoient avoir quatre à ſix lignes d'élévation. Derrière les yeux et à un pouce environ de diſtance il y avoit deux boſſes plus élevées.* Satis haec perſpicue; quanquam equidem cui ſpeciei nota iſta propria et peculiaris ſit dicenda, nondum excogitare potui. Oculos illi caeſios felinam pupillamque ablongam adſcribit vir doctus; ſibilum irati audivit; ſed aperte falſum ſubjungit *la machoire ſupérioure avoit pluſieurs rangées de dents*; quod poetaſtro Oppiano ſupra condonandum non putabam, qui tergeminam dentium ſeriem commemorabat.

Ante Bancroftium civis ejus Dampier Itinerarii T. III. p. 257. Americani crocodili eandem notam poſuit: ſedis duas ſpecies, ab aliis confuſas, notis ſuis diſtinxit. Priorem Alligatorem cum ceteris nominat; alteram crocodilum, eamque glandulis maxillaribus abdominalibusque moſchum redolentibus carere viribus et audacia, multo inferiorem affirmat. Colorem corporis flavicare, dentes inferioris maxillae omnes fere aequales, artus multo longiores, ſquamarum dorſalium nodos multo eſſe craſſiores, firmiores et denſiores: caudam ſubla-

ſublatam apice involvere; eadem cum Alligatore loca non habitare: nominis Caymann communionem ab Indis acceptam et ab Hiſpanis colonis frequentatam errori praebuiſſe anſam. Quam narrationem et notitiam Gallus La Cepede p. 186 et 242. Lacertae caudiverberae (*Fouette-queue*) miro errore vel artificio Prometheo ex vocabulo Linnaeano et notitiis a nomine plane alienis accommodavit. Cum aliunde plures olim ſpeciei hujus notas accipiemus rectius forte beſtiam a Dampiero traditam cum ea, quum ſub Dracaenae nomine deſcripſit et pinxit Gallus, licebit comparare.

De Americano crocodilo Hiſtoriae Abiponenſium ſcriptor Martinus Dobrizhoſter Vol. I. p. 394. ſqq: ex verſione germanica Viennae 1783 edita, notam ſexus foeminei edit, quam alibi traditam nondum reperi. Extremae caudae ſupra globum nigrum nulla parte patulum accedere memorat. Colorem indigenas nigrum ignavioris, contra in rufum transeuntem audacioris et hominibus infeſti argumentum habere, ait, ipſe utrumque genus terra et in aquis innoxium agnovit. Pullos duos diverſi ſexus per ſeptem menſes domi altos vix ad ſpithamae longitudinem adoleviſſe refert, cum in itinere aheno incluſi

Digitized by Google

cluſi per pruinam expiraſſent. Longinqua tonitrua noctibus murmure quodam, repetito ſcilicet ſono ù, ù, ù, ù, praenunciabant. Nomen habent apud Abiponenſes nunc quidem *Kaéperhak;* antea verò appellabantur *Péevé;* apud Quaranios *Jacarè.*

Plures nominare Itinerariorum ſcriptores taedet, in quorum narrationibus plures oſcitantiae et ignorantiae quam formae crocodilinae notas veras et indubitatas agnoſcere licet. Interioris fabricae notitiam nemo ſanus a peregrinatore requirat inprimis rei anatomicae et phyſiologiae imperito; verum de vita, victu et moribus multa oculorum auriumque ope indagare poſſunt, qui naturae animalium cognoſcendae ſtudent. In quibus rebus locorum et caeli ſitus aërisque temperies diverſa multo minorem quam naturae diverſitas ea, quae ſpeciem conſtituit, vim exſerunt et diſcrepantiam efficiunt.

Mores Aegyptiaci crocodili non inepte Aelianus 10. c. 24. pingit his verbis: *Eſt natura timidus, inprobus, malitioſus, fallax cum ad rapinas faciendas, tum ad comparandas inſidias acerrimus et promtiſſimus. Strepitum omnem perhorreſcit; humanam vocem contentiorem extimeſcit; eos, a quibus paulo confidentius invaditur, reformidat.* Hinc egregie Seneca Quaeſtionum naturalium libro quarto

quarto ait: *Fugax animal audaci, audaciſſimum timido: nec illos Tentyritae* (dicti ab inſula Tentyri, quam habitant) *generis aut ſanguinis propinquitate ſuperant, ſed contemtu et temeritate. Ultro enim inſequuntur fugientesque injecto trahunt laqueo: plerique pereunt, quibus minus praeſens animus ad perſequendum ſuit.* Quam narrationem et confirmat et illuſtrat locus Strabonis. *Tentyritae,* inquit, *omnibus modis crocodilum exoſum habent, inveſtigant atque occidunt. Sunt qui dicant, quemadmodum Pſylli apud Cyrenaicam regionem naturalem quandam vim habent contra ſerpentes, ita et Tentyritas contra crocodilos natura valere, ut nihil ab eis patiantur; ſed intrepide natent, et aquam tranent, alio nemine audente. Cumque crocodili Romam allati eſſent, ut in ſpectaculo eſſent, Tentyritae eos ſequebantur. Facta eſt illis piſcina quaedam, et foramen in uno laterum, ut ex aqua in apricum egredi poſſent. Tentyritae aderant, qui eos interdum rete educebant ad ſolem, ut a ſpectatoribus viderentur; interdum in aquam intrantes rurſum eos in piſcinam retrahebant.*

Inſidias a crocodilo ſtructas de Nilo haurientibus ita enarrat Aelianus 5. c. 23. *Per virgulta,* ait, quibus ſint tecti, intueri, et ſubter ea ipſa natantes et ſic opertos ſe ad litus

litus magnis ſaltibus incitare, confeſtimque ex virgultorum latebris erumpentes aquatores, dum aquam hauriunt, violento raptu interceptos devorare. Alia eſt ejusdem auctoris narratio 12. c. 15. crocodilum ad comprehendendos homines aliasve beſtias hac uti arte, ut qua noverit eos in flumen deſcendere Nilum vel ad aquationem vel ut naves conſcendant, viam ore, quod quidem ipſum multa compleverit aqua, de nocte madefaciat, praecipitem efficere viam ſtudens, quo faciliorem ſibi captu praedam reddat. Sed haec fabulae anili ſimiliora videntur quam vero. Alteram contra rationem confirmat auctoritas Galli doctiſſimi, *Plumierii*, cujus locum ex Codice Blochiano manuſcripto excerptum ipſis auctoris verbis huc transferam.

„Cet animal n'eſt pas ſi vaillant ni ſi vigoureux qu'on m'avoit voulû perſuader. Pluſieurs habitans m'avoient voulû faire entendre que le moindre étoit aſſez fort et aſſez robuſte pour mettre bas et même pour entrainer un boeuf ou un cheval dans l'eau, quand il pouvoit le joindre ou au col ou par le mufle. Cependent je fus préſent un jour à un ſpectacle aſſez divertiſſant, et qui m'aſſura du contraire. Une matinée herboriſant le long du lac de Miragoan je vis un taureau qui fuyant quatre chiens ſe jetta dans

Digitized by Google

dans le lac pour le traverſer à la nage. Les chiens l'y pourſuivirent quelque temps, deux montés ſur ſon dos et deux nageant à ſes feſſes. Le Boucanier apprehendant, que quelque crocodile n'attrapat ſes chiens les appella; ils ne furent pas plutôt revenûs, que le taureau fut attaqué par deux crocodiles d'environ huit à neuf pieds de long. Ils l'attaquèrent veritablement l'un après l'autre, le premier par le col, et le ſecond par une oreille. Le premier le tint quelque temps; mais le taureau après pluſieurs rudes ſécouſſes lui fit lacher priſe. J'eſtime que les efforts, que le taureau faiſoit en ſécouant le col firent caſſer les dents du Crocodile, qui n'oſa plus revenir à la charge. Le taureau ſ'étant degagé de ce premier crocodile rebrouſſa pour revenir au même endroit où il étoit entré dans le Lac; à peine fût-il à dix pax du bord qu'un autre crocodile auſſi fort et auſſi gros que le premier le vint attaquer et lui attrapa l'oreille droite. C'étoit un grand plaiſir d'entendre alors mugir le taureau et de lui voir ſecouer la tête; à la fin il jetta loin de lui le crocodile qui pourtant lui emporta preſque toute l'oreille.“

„S'il n'eſt pas aſſez fort pour ſe rendre maître de ces gros animaux, il eſt d'autant plus adroit pour attraper le gibier dont le Lac de

de Miragoan eſt aſſez bien pourvû en certaine ſaiſon de l'année, comme canards, ſarcelles, vingeons et autres oiſeaux aquatiques. Quand il en veut attraper quelqu'un, il ſe met un peu loin et ſe tenant en manière que le deſſus du dos paroit preſque tout, il demeure comme immobile; en effet on ne le voit du tout point remuer, on apperçoit bien qu'il a changé de place mais d'une manière preſque imperceptible, tant ſon mouvement eſt lent. On le prendroit alors pour une pièce de bois flottante, comme moi-même j'ai crû pluſieurs fois. Et c'eſt ce qui fait que le gibier ne ſe méfiant de rien le laiſſe approcher de ſi près, qu'il eſt gobé avant qu'il ait élevé ſes ailes pour fuir. Le crocodile en ſ'approchant tient toujours ſes yeux élevés ſur l'eau vers ſon gibier, en ſorte qu'il ſemble qu'on voit deux petites noix élevées ſur la ſurface de l'eau. Il tient auſſi la machoire inférieure tellement abaiſſée, qu'elle ſemble pendre de la ſupérieure, et quand il eſt à portée il l'éleve en manière d'une bacule, d'une viteſſe ſurprenante pour attraper ſon gibier ou ſa proie, qu'il ſait auſſi attraper d'une autre manière."

„Il ſe tient ſi bien caché ſous quelques herbages joignant le bord du Lac qu'il eſt bien difficile de l'appercevoir; il tient pourtant ſes yeux en façon qu'il apperçoit bien

tout

tout ce qui ſ'approche. Je lui vis un jour prendre un beau dogue qui voulant aller boire tomba malheureuſement dans l'endroit où il y en avoit un caché ſous des herbes, qui dans un inſtant le tira dans l'eau et l'emporta bien vite. Je paſſai moi-même un autre jour grand riſque d'être attrapé, je voulus prendre une fleur de nymphaea avec une perche qui n'étant pas aſſez longue, je fûs ſur le point de me dechauſſer lorsque tout d'un coup un grand crocodile caché ſous les feuillages de cette plante fit la culbute pour fuir. J'en fûs bien étonné et remerciai de bon coeur la divine bonté de m'avoir preſervé d'un peril ſi prochain. Je dis la culbute; car il faut ſçavoir que quand cet animal ſe voit ſurpris et qu'il veut fuir promptement il ne le fait pas en reculant ou en tournant la tête en arrière de côté, mais en tournant en arrière le ventre en haut il preſente la queue où il avoit la tête et ce d'une promptitude admirable." Cum qua viri docti narratione congruit Adanſoni Itinerarium Senegallicum p. 83. verſionis Schreberi.

Coitum crocodili cum femina reſupina jam olim annotavit Euſtathius Antiochenus in Commentariis ad Hexaemeron cap. 22. inter recentiores primus Petrus Martyr tradidit.

Afri-

Africani ova recens edita, triginta numero, et terrae condita, anſerinis paulo majora, levem moſchi odorem ſpirare, quem in carne non ſenſit, Gallus Adanſon teſtatur Itinerarii p. 172 et 175.

In Aegyptiaco crocodilo nullum prudentiae naturalis genus per omne coitus ovorumque incubandorum et excludendorum tempus credula atque adeo ſuperſtitioſa antiquitates annotavit. Contra de Americano ſunt, qui non levia prudentiae alicujus argumenta tradant; veluti Gallus De la Borde apud virum doctum La Cepede, cujus haec ſunt verba: *Dans certaines contrées comme aux environs de Cayenne et de Surinam la femelle prepare aſſez près des eaux qu'elle habite, un petit terrain élevé, et creux dans le milieu, ell'y ramaſſe des feuilles et des débris de plantes, au milieu desquels elle fait ſa ponte; elle recouvre ſes oeufs avec ces mêmes feuilles; il ſ'excite une ſorte de fermentation dans ces végétaux, et c'eſt la chaleur qui en provient, jointe à celle de l'atmoſphère, qui fait éclore les oeufs. Le temps de la ponte commence aux environs de Cayenne en même temps que celui de la ponte des tortues, c'eſt à dire, dès le mois d'Avril; mais il eſt plus prolongé. — A Surinam la femelle ſe tient toujours à une certaine diſtance de ſes oeufs,*

*oeufs, qu'elle garde, pour ainſi dire, et qu'elle défend avec une ſorte de fureur, lorsqu'on veut y toucher.*

Cui narrationi paene fidem abrogaſſem, niſi incidiſſem in Itinerarium Guil. Bartrami, ubi p. 124. ſeqq. ex verſione germanica ſcriptor non tam verax quam in verborum ampullis et narrationum ambagibus ſibi ipſe placens mira quaedam de nidis crocodilorum magna multitudine in ripa fluminis in ſpeciem conorum truncatorum congeſtis. Altitudine quatuor pedes latitudine baſeos ad quinque pedes aequant coni luto, gramine herbisque mixtis ſtructi continent ova crocodilorum per plura ſtrata 7 ad 8 pollices alta diſpoſita. De numero ovorum nido cuique impoſitorum, de cuſtodia ovorum et pullorum excluſorum educatione nihil niſi ſuſpiciones vir doctus poſuit: quae vero de forma corporis et motu maxillae ſuperioris addidit, faciunt, ut putem, eum non nimis a ſcientia hiſtoriae naturalis, praecipue animalium, praeparatum ad animalium Americanorum naturam et mores enarranda acceſſiſſe. Quicquid ſit, nidorum ſaltem a crocodilo conſtructorum fidem conſtare puto; de ſpecie ipſa animalis merito mihi dubitari poſſe videtur. Ipſe etiam Gallus La Cepede ſpeciem lacertae ingentem Americae meridio-

nalis

Digitized by Google

nalis indigenam, ſub nomine Dracaenae (Dragonne) ex relationibus autoptarum deſcripſit et pinxit, quam incolae crocodili nomine appellare ſolent; quae naturae et nominis permutatio movit virum doctum, ut lectorem ſimul admoneret, plures lacertarum ſpecies aliquatenus ſimiles crocodilis errandi occaſionem Itineratoribus praebuiſſe; ideoque magnam in legendis et comparandis eorum relationibus cautionem adhibendam eſſe. Hoc ipſum docent mores crocodili Americani diverſi a diverſis traditi; atque hi praecipue poterant et debebant viros doctos, qui diverſitatem formae et partium interiorum neglexerant aut ignorabant, de ſpeciei diverſitate ut cogitarent, admonere. Quae cum ex disputatione mea ſatis conſtare videatur: ſupereſt ut notas corporis externas exquiramus, quibus Americanae ſpecies ab Aſiaticis et Africanis ab accurato ſpectatore dignoſci queant. Sed antequam nos ad hunc dubitationem demittamus, honos eſt habendus virorum doctorum conatibus, qui viam aetati ſecuturae ad indagandas et diſcriminandas crocodilorum ſpecies ſternere ſtuduerunt. Quod ut rite fieri poſſit, hiſtoria Amphibiorum ab eo tempore repetenda eſt, quo Carolus Linnaeus animalia in Syſtematis ordinem redigere coepit.

Cro-

Crocodilum igitur Linnaeus gentis lacertarum familiam primam, cauda compreſſa diſtinctam, ducere voluit, nulla patriae diverſitate vel ſpeciei varietate memorata in prioribus Syſtematis Naturae Editionibus. Notam addidit *pedum triunguiculatorum*, *palmarum pentadactylarum*, *plantarum tetradactylarum palmatarum.* In recentioribus Editionibus Americanam ſpeciem pro varietate commemoravit, novae tamen annotationis nihil adjunxit. Mirari primum licebit Linnaeum ipſum non vidiſſe, Lacertae generis notam; *corpus nudum*, a crocodilo ſtatim, primo loco poſito, coargui, eamque poſtea meliore non mutaſſe. *Aequalitas* adeo *pedum* ſero acceſſit, plane falſa in omni fere lacertarum gente. Nuperrimae Syſtematis Editionis ſcitamenta ultimo fere loco, temporis ordine ſervato, reponenda cenſemus.

Ante Syſtematis publicationem fundamenta ejus jecerat vir egregius in Amphibiorum Gryllenborgianorum deſcriptione, Amoenitatum Academicarum Volumini primo inſerta, ubi lacertarum notae praecipuae ex corpore toto colliguntur, atque inter ſpecierum plurimarum deſcriptiones notitia etiam crocodili, nulla patria diſtincti, propoſita extat p. 121. vel editionis Lugdunenſis p. 536--538. miris verborum ambagibus partes corporis

multo

multo magis obſcurans quam illuſtrans. Quod ne criminandi libidine motus dixiſſe videar, ago inſpiciamus ſingula notitiae verba.

*Caput*, inquit, *oblongum, depreſſum, duabus ſuturis ab oculo retrorſum excurrentibus notatum, pone oculos oſſiculo quadrato planiuſculo tegitur; ante vero rugae elevatae oculorum regionem conjungunt.* Suturas dicit ſulcos duos operculi auricularis utrinque aperiendi et claudendi viam ſignantes. Oſſiculum quadratum eſt capitis pars ea, quam frontem communi vocabulo appellare decebat; quanquam ea non *tegit* caput, ſed cum reliquis cranii partibus cerebrum concludit. Rugae ante oculos elevatae regionem oculorum conjungere dicuntur, quae ſignificant marginem orbitarum erectum earumque interſtitium rugoſum. Pergit Linnaeus: *Subtus laeve, rugis reticularibus, maculis quadrangularibus. Occiput tuberculis calloſis munitur, longitudinaliter acutis, in duas transverſas ſeries digeſtis.* Rugas reticulares dicit ſcuta vel ſquamas quadratulas per ſeries diſpoſitas: occipitis vero tubercula calloſa, ſcuta tuberculis carinata, in plures minoresve numero ſeries in diverſis ſpeciebus digeſta.

*Nares elevatae foraminibus lunulatis, corniculis retrorſum ſpectantibus.* Regionem capitis ſeu roſtri extremam, locumque et ſitus

vicinitatem annotare omiſit. Locus ipſe utrumque foramen jungens, orbicularis et mollis.

*Dentes in maxillis inaequales, in unam ſeriem marginalem diſpoſiti.* Habes locum et ſitum; naturam et uſum ignorare nos patitur.

*Palpebrae ſuperiores elevatae, valde rugoſae; hinc aſpectus torvus: harum margo tenuior transverſim ſtriatus.* Recte haec; niſi quod aſpectus torvus male palpebris erectis et rugoſis tribuitur. Breve torvitatis argumentum palpebrae depreſſae et immobiles, quales in crocodilo adſunt, majus vero oculorum ipſorum ſitus et converſio praebent.

*Collum in ſuperiore parte quatuor vel quinque tuberculorum paribus tegitur, infra vero in octo dividitur ſegmenta.* Male in ſuperiore ſuperficie diverſo nomine appellantur, quae in hac et inferiore rectius ſcuta dicuntur, illic tuberculoſa, inferius vero plana.

*Truncus colli tuberculis, per totum dorſum viginti ſegmentis tegitur, quaeque ſingula articulis quadratis conſtant, a tergo linea minore quam ad latera elevatis.* Ambiguum ſcriptor reliquit vocabulum *colli* ad truncum an ad tubercula pertineat; utrumque inepte dicitur. Voluit tubercula trunci ſignificare tuberculis colli ſimilia, per viginti ſeries diſ-

poſita:

poſita: Articulos quadratos dicit ſcuta ipſa tuberculis aſſurgentía, quorum dorſalia carinam minus quam lateralia conſpicuam gerant.

*Abdomen album XXIV ſegmentis gaudet.* His ſcutorum abdominalium quadratorum et planorum ſeries ſignificat.

*Anus fiſſura longitudinali prominet rugis undique obtectus. Caudae pars anterior* 10 *ſegmentis conſtat atque a tergo ſquamarum lateralium elevatis lineis planiuſcula et carinis lateralibus inſtructa eſt: poſterior vero compreſſa eſt, margine ſuperiori acuto, inferiore rotundato. Segmenta* 22 *caudam terminant, quorum ſuperioris cujusque apex retrorſum ſpectat, exceptis tribus poſtremis ſegmentis.* Ita zonas caudae ancipitis ſquamatas priores 10 ſupra carinis aſperas dicit, poſteriores 22 laeves.

Plantas ſemipalmatas in ipſa deſcriptione, in nota ſpeciei palmatas dicit, mira et non laudanda variatione.

*Color externe cinereus vel lividus potius, faſciis transverſalibus undatis, quarum prima in collo, ſecunda inter brachia, tertia et quarta ſupra dorſum, quinta ante femora, ſexta pone femora, ſeptima cum ceteris ad decimam quartam caudam cingunt.*

Ex Sebano theſauro Linnaeus Tomi I tabulae 103 et 104 figuras omnes velut ad hanc

 ſpeciem

ſpeciem vel notitiam pertinentes laudavit; de quibus poſtea videbimus.

Paulo poſt Linnaeus ejusdem gloriae aemulus Jac. Theodorus Klein in Diſpoſitione Quadrupedum, Lipſiae 1751 edita, p. 100. Crocodili genus a ceteris lacertis ſeparavit, ejusque ſpecies plures diſtinguere ſategit. Americani et Nilotici has notas poſuit, quas, ſpeciminis loco, ipſis auctoris verbis repetam: Differt crocodilus a Caimano corpore, quod huic brevius: ventre Caimanus magis eſt coacto, ille ſtrictiori; Caimanus habet elatum caput, roſtrum depreſſum, brevius, angulum ad radicem notabilem deſcribens. Crocodilus, Niloticus inprimis, roſtrum ferme in linea aequali cum oſſe bregmatis multo longius productum, rictu valde ampliore et ultra caput fiſſo. Differunt inſuper ſquamis ſcutisque quadratis oſſiumque duritie, nec non colore corporis; Caimani atrofuſci, varii: Crocodili multum cineritii habent, et quae plura. Omnium mandibula inferior, prout in aliis animalibus mobilis: Harum ſpecierum varietates plures ex picturis Sebanis aliisque collegit vir doctus, qui, cum iſta ſcriberet, a Muſei ſui rerumque naturalium et animalium aſpectu ſejunctus plus alienis quam ſuis oculis picturisque tribuiſſe videtur. Habuit tamen is etiam aſſeclas aliquot.

Poſtea

Poſtea Linnaeanae diſciplinae alumnus Haſſelquiſt Aegyptiacum crocodilum Cairi anno 1751 deſcriptum et disſectum inſervit epiſtolis ad Linnaeum datis et notitiis animalium variorum Itinerario adjectis p. 244 et 344 verſionis germanicae. Formam corporis breviſſimis verbis attigit, diutius in ſtructurae inteſtinae miraculis enarrandis verſatus. Maxillarum tamen eam juncturam memorat, quae rictus apertionem amplam admittat, motum vero transverſum cibis commolendis aptum plane renuat. Linguam adeſſe negat; velum palatinum ab utraque maxilla extrema intus decedens gulam claudere narrat; denique folliculum avellanae nucis magnitudine ſub axillis (voluit et debuit *maxillis* dicere) poſitum in aetate provectioribus materiam ſpiſſam, moſchi odorem ſpirantem, adeſſe refert, quem ſolicite exquirant et ad odoramenta magnatum adhibendum colligant venatores.

In animale pedes 3 cum dimidio longo, quod disſectum deſcripſit, nullum aderat folliculi iſtius veſtigium; nec magis partium genitalium ullam ab Haſſelquiſtio mentionem factam eſſe video.

Laur. Theodori Gronovii obſervatio diligens in Muſeo II. p. 74. Crocodili genus his notis a lacertis reliquis ſeparavit. *Corpus quadru-*



Digitized by Google

*drupes ſegmentis inſtructum: cauda anceps, in ſegmenta diviſa: pedum digiti aliquot unguiculati, reliquis inermibus: pedes poſteriores quandoque natatorii. Lingua nulla.* Deinde in Zoophylazio quatuor crocodilini generis ſpecies annotavit et deſcripſit. Muſei Tomus alter anno 1756 Zoophylacium vero 1763 publicatum fuit.

Laurentius in Specimine ſeu Synopſi Reptilium Viennae 1768 edito primus Crocodilum a gente reliqua lacertarum ſeparatum novo et ſuo genere incluſit, ſpecies quatuor poſuit easque notis ſuis diſtinguere conatus eſt. Generis notas poſuit has, quas more antea in Linnaeana deſcriptione uſurpato percenſebimus.

*Roſtrum longiſſimum, hinc rictus omnium animalium maximus.* Verum rictus amplitudo non a roſtri longitudine, ſed potius a maxillarum, longarum et aequalium apertura, multum ultra oculorum regionem et fere usque ad occiput producta, pendet.

*Lingua nulla, ſed ejus loco muſculi maxillae inferioris admodum tumentes, et valva elaſtica inter angulos maxillarum in fundo oris locata, gulam aperiens atque claudens.* De lingua poſtea videbimus; valvam dicit, quod eſt velum palatinum Haſſelquiſto.

*Maxilla*

Digitized by Google

*Maxilla ſuperior mobilis, inferior immobilis cum ſterno coalita.* Hujus ſententiae alterum membrum plane falſum Laurentio peculiarem errorem continet, prius etiam falſum, communem cum multis. Quid errori anſam dederit, nondum comminiſci potui; nec usquam anatomiam, vel a ſe vel ab alio viro docto inſtitutam medicus Viennenſis memoravit. Niſi forte errorem mutuatus transtulit a *Marmolio* in Deſcriptione Africae I. cap. 23. quem jam olim Gallus *Duverney*, in Anatomia Crocodili refutavit. De errore ipſo admonuit etiam nuper *Jacobſon.*

*Palpebrae convexae, rugoſae: nares in globo extremi roſtri: calli corpus tegentes; carina elevatiſſima, compreſſa, in ſubſtantiam corneam abeuntes, ut globo trajici nequeant. Anus longitudinalis, rugoſus.* In quibus poſtremis notis nihil eſt, quod reprehendas niſi vocabulorum ineptias.

Specierum primam *Niloticam* vocavit, Orientali Indiae et Aegypto communem, comparatâ pictura Sebanâ I tab. 105. fig. 3 et 4. Hujus notas poſuit plures, ſcilicet *caput cataphractum, ſenſum contractum in roſtrum: nucham carinis denſiſſimis inaequalem, quae ſupra dorſum ſeries longitudinales multiplices affectant; caudam compreſſam, ſuperne carinis majoribus criſtatam; pedibus triunguiculatis,*

*latis, anticis pentadactylis, poſticis tetradactylis, natatoriisque.*

Hanc forte ſolam Laurentius viderat; reliquas tres certe ex picturis Sebanis effinxiſſe videtur.

De terreſtri poſtea dicam ſub nomine *pantonychis*. Americanum ex Sebana tab. 106. Voluminis I. *capite imbricato, plano, ſenſim contracto in roſtrum, nucha nuda, dorſi duplice ſerie carinarum, unaque ſinguli lateris, illa per caudam excurrente, hac ad pedes poſticos terminata, cruribus poſticis* (in) *limbo poſtico carinis marginato, digitis utrinque quinis, omnibus unguiculatis, poſticis natatoriis diſtinxit.*

Exemplum Laurentii ſecutus Blumenbachius crocodilum niloticum *capite cataphracto, nucha carinata, cauda ſuperne criſtis binis lateralibus horrida* diſtinxit et Conradi Geſneri picturam comparavit; Americanum ſub nomine Alligatoris *capite imbricato plano, nucha nuda, cauda ſuperne lineis binis lateralibus aſpera* notavit, addita in deſcriptione ſtatura corporis minore, ſcutorum carina minus alta et acuta, natura timidiore; mores etiam diverſos ovaque tantum triginta ab eo edita poſuit, comparata pictura Cateſbeiana Vol. II. tab. LXIII. Sebanis picturis laudandis cautus abſtinuit. Vides in no-

tis

tis Nilotici crocodili bene convenire Laurentio cum Blumenbachio; in americano *caput imbricatum*, *planum nuchamque nudam* retinuit Blumenbachius, contra duplicem ſeriem carinarum dorſalem, per caudam excurrentem, unamque lateralem ante caudam deficientem, limbum crurum poſticorum carinatum, et digitos utrinque quinos unguiculatos, poſteriores palmatos, omiſit.

Laurentium, quanquam non nominatum, ſecutus Gallus De la Cepede, miro errore Sebanam notitiam picturamque ad Linnaei lacertam caudiverberam transtulit, toto, quod ajunt, caelo diverſam a genere crocodilorum. Plures etiam Itineratorum relationes conjectura ſua ad hanc ſpeciem a ſe effictam pertraxit, quo nihil aliud effecit, niſi ut errorem erroribus cumularet et notitiam Sebanam plane obſcuraret. Quae cum pictura ipſa ſi vera eſt, de quo non dubito, erit ante Pentonychem ſpecies nova collocanda, et praeter aurium foramina patentia pedibus utrinque pentadactylis unguiculatis, poſticis palmatis, diſtinguenda.

Civem ſuum fideliter ubique, etiam errantem, ſecutus Abbas Bonnaterre in libro: *Tableau encyclopédique et methodique des trois règnes de la nature*, repetiit notitiam et picturam Sebanam, lacertam ipſam *Crocodi-*

*lum*

Digitized by Google

*lum caudiverberam* vocavit, pedibusque poſterioribus pentadactylis palmatis, unguiculatis, roſtro depreſſo, lato, acuminato diſtinxit.

In pictura Sebana Abbas errore artificis quinos pedum poſteriorum digitos effictos eſſe ſuſpicatur; certius eſt pictorem Gallicum cum Sebanam figuram repeteret, non ſolum membranam natatoriam pedum poſticorum omiſiſſe, quod ipſe Abbas non diſſitetur factum, ſed fere omnia corporis lineamenta in pejus mutaſſe.

Crocodilum Africanum Laurentius *dorſo ſcutis quadratis planis teſſellato, lateribus abdomineque ſquamis ovatis imbricato, cauda ſupra una alterave criſta carinarum, pedibus anticis pentadactylis, poſticis tetradactylis natatoriis omnibus unguiculatis* diſtinxit, comparatis Sebani Voluminis I tabulae 103 figura 2. 3 et 4.

Cum quo convenire videtur *Crocodilus Cayman*, quem Abbas Bonnaterre pedibus anterioribus pentadactylis, digitis omnibus unguiculatis, poſterioribus tetradactylis, unguiculatis digitis omnibus, *ſed non palmatis*, diſtinxit, picturamque Merianae repetitam etiam deteriorem fecit in Tabulae II. figura I.

Ex nuperis hiſtoriae Amphibiorum ſcriptoribus Gallus de la Cepede generis Crocodilorum notas voluit eſſe caudam compreſ-

ſam,

ſam, pedum anteriorum digitos quinos, poſteriorum quaternos palmatos, et ternos utrinque priores unguiculatos p. 182—187. Tres ejus generis ſpecies deſcripſit, primam Niloticam et Americanam p. 188—232. pictam male in tabula XIV. alteram nigram Africanam, ab Adanſono breviter commemoratam, quam alii rectius cum ſequente comparandam eſſe cenſent, p. 233. 234. Tertiam longiroſtram ſub nomine vernaculo Indiae *Gavial* pictam male in Tabula XV. deſcripſit p. 235—239.

Civis ejus Abbas Bonnaterre notas generis Crocodilorum dilatavit miris et ad rem nihil pertinentibus ambagibus verborum, quibus incluſit ſpecies quatuor; I. Crocodilum Alligatorem dixit, Nilo et Indiae fluviis peculiarem, eique varietates tres, Africanum nigrum Adanſoni, alteram ex Gronovii Zoophylacio no. 38. tertiam indidem no. 39. ſubjunxit. II. Crocodilum Gavial. III. Crocodilum Cayman. IV. Crocodilum Caudiverberam; de quibus partim dictum fuit: de reliquis poſtea judicium meum exponam.

Conabor nunc ex omni corporis crocodilorum forma ſeligere notas, quibus invicem comparatis non ſolum genus ipſum agnoſci ſed ſingulae etiam ipſius ſpecies ſeparari et diſtingui poſſint. Capitis igitur forma primum

Digitized by Google

primum omnium eſt conſideranda. Hoc in omni genere ſuperne depreſſum et planum, ab oculis, orbita magis minusque eminente cinctis, et palpebris duriuſculis, ſuperiore fere immobili tectis, inde et frontis confiniis devexum in roſtrum convexum, diverſae et longitudinis et latitudinis excurrit. Utriusque menſurae diverſitas veluti orbitarum diſtantia et margo magis minusve elatus, cum forma ſquamarum a fronte in medio roſtro ad narium, in extremo et medio roſtro ſitarum, non lateralium, mollem et elatum orbiculum, decurrentium certiſſimas ſpecierum notas praebent. Aurium opercula cartilaginea, toti generi communia eſſe videntur, quanquam ex Menckii deſcriptione de crocodilo longiroſtri dubitari poſſe videtur. Contra foramina frontalia, poſt oculos ſita, et aurium cavitati reſpondentia, cute capitis communi tecta, ſed manui ligno ferrove armatae et tentanti ſenſum ſui facientia, praeſertim in junioribus exemplis liquore vinoſo conditis, diverſae et formae et magnitudinis ſunt in diverſis ſpeciebus; una etiam plane iis caret. Latitudo ſcuti frontalis cum margine maxillarum, magis minusve prominente et craſſo, comparati major minorve eſt. Dentes exſerti pectinatim ſe ſtipantes, in radice cavi, generi toti, uti videtur, communes, numero

mero in diverſis ſpeciebus diverſi, cujus tamen rationem inire vel habere in exemplis ſiccis aut liquore conditis propter magnitudinem et aetatem diverſam tuto non licere videtur. Maxilla inferior toti generi longior cranio in rictum aperitur ultra aures patentem, et linguam margini annexam immobilemque gerit.

Trunci forma caudaeque et artuum toti generi communes paucis variatur notis non adeo inſignibus ubique et verbis facile deſignandis. Squamae totum corpus tegunt per zonas transverſas diſpoſitae, quadratae. His collum, dorſum et latera praecipue occupantibus ſcuti ovalis elatique figura impreſſa eaque ipſa per omnem ſuam longitudinem carina eminere conſpicitur. Harum ſquamarum junctura denſa vel laxior, immiſtis per interſtitia minimis ſquamulis vel nullis, forma et color poro uno, vel duobus vel nullo perviarum, ſcutorum his impreſſorum numerus et ſitus, carinarum diverſa forma et altitudo, praecipue in ſquamis quadratis caudam cingentium reliquo corpore multo longiorem, compreſſam utrinque, et ſuperne margine cultrato, ſerratim denticulato horrentem, qua praedam animal diverberare et dejicere ſolet. In artubus digitorum numerus forma et menſura conſtare videtur; anteriores enim quinos utrinque,

utrinque, et priores quidem ternos unguibus non multum incurvatis armatos, exteriores binos exungues et conicos, poſteriores pedes utrinque quaternos, membrana diverſae latitudinis junctos, priores ternos unguiculatos, exteriorem utrinque exunguem conicum, gerunt. Horum marginem exteriorem in quibusdam ſpeciebus limbus criſtae denticulatae inſtar cingit, veluti in teſtudine fluviatili ea, quam granulatam dictam Gallus De la Cepede ex mutilo exemplo non ſatis accurate deſcripſit.

Paucae exſtant deſcriptiones crocodilorum menſuris partium praecipuarum corporis definitae, unde ſpeciem agnoſcere liceat. Talem notitiam ex Galli Cepede Hiſtoria Quadrupedum p. 205. huc referam.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Longitudo corporis totius aequat | 13 ped. | 9 poll. | 6 lin. |
| — capitis | 2 — | 3 — | - — |
| — roſtri ad oculorum intervallum usque | 1 — | 6 — | 6 — |
| — maxillae ſuperioris | 1 — | 10 — | - — |
| — ejusdem quatenus dentata eſt | 1 — | 7 — | - — |
| Intervallum oculorum | - — | 2 — | - — |
| Diameter oculorum | - — | 1 — | 3 — |
| Circumferentia maxima corporis | 4 — | 4 — | 6 — |

Lati-

| | | | |
|---|---|---|---|
| Latitudo capitis pone oculos | 1 ped. | 1 poll. | 6 lin. |
| — roſtri qua anguſtiſſimum eſt | - — | 8 — | - — |
| Longitudo pedum anteriorum | 1 — | 9 — | - — |
| — — poſteriorum | 2 — | 2 — | 3 — |
| — caudae | 6 — | - — | 3 — |
| Circumferentia caudae baſeos | 2 — | 10 — | - — |

Longiroſtris crocodili has partium menſuras poſuit Gallus;

| | | | |
|---|---|---|---|
| Longitudo totius corporis | 11 — | 10 — | 6 — |
| — capitis | 2 — | 1 — | 1 — |
| — ejusdem ab oculorum intervallo usque ad apicem roſtri | 1 — | 7 — | 9 — |
| — maxillae ſuperioris | 2 — | - — | 6 — |
| — ejusdem quatenus eſt dentata | 1 — | 6 — | - — |
| Intervallum oculorum | - — | 3 — | 3 — |
| Diameter oculorum | - — | 2 — | - — |
| Circumferentia maxima | 3 — | 6 — | - — |
| — capitis pone oculos | 2 — | - — | - — |
| — roſtri minima | - — | 6 — | 2 — |
| Longitudo pedum anteriorum | 1 — | 3 — | 7 — |
| — poſteriorum | 1 — | 8 — | - — |

Longi-

Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| Longitudo caudae | 5 ped. | 1 poll. | - lin. |
| Circumferentia caudae baſeos | 2 — | 8 — | - — |

Deſcriptionem accuratiorem crocodili longiroſtris 6 pedes Pariſinos cum 6 pollicibus longi cum menſuris capitis et artuum poſuit doctus interpres libri Cepediani *Bechſtein* Vol. I. p. 432-437.

Gallus Duverney has crocodili ſui poſuit menſuras:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Longitudo omnis | 3 ped. | $9\frac{1}{2}$ poll. | - lin. |
| — caudae | 1 — | $10\frac{3}{4}$ — | - — |
| — capitis | - — | 7 — | - — |
| — oculorum inter utrumque canthum | - — | - — | 9 — |
| — pedum anteriorum | - — | $6\frac{1}{2}$ — | - — |
| — poſteriorum | - — | $7\frac{1}{2}$ — | - — |
| Intervallum oculorum paulo minus | | 1 — | - — |
| Latitudo ventris maxima | | $5\frac{1}{2}$ — | - — |

Cranii a me picti has habe menſuras.

| | | |
|---|---|---|
| Longitudo maxillae inferioris | 7 poll. | $2\frac{6}{10}$ lin. |
| — condyli a cavitate cotyloidea inde | - — | 9 — |
| — maxillae inf. quatenus dentata eſt | 5 — | $1\frac{4}{10}$ — |
| Latitudo maxima inter cavitates cotyloideas | 3 — | $1\frac{6}{10}$ — |

Lati-

| | | |
|---|---|---|
| Latitudo inter dentem maximum anteriorem | 1 poll. | $1\frac{8}{10}$ lin. |
| Longitudo cranii ab occipite ad apicem | 6 — | $1\frac{1}{2}$ — |
| — a condylis ad apicem | 6 — | $4\frac{1}{2}$ — |
| — a cantho anteriore ad apicem | 3 — | $5\frac{4}{10}$ — |
| Latitudo maxima inter condylos | 3 — | $1\frac{4}{10}$ — |
| — inter partem roſtri ſinuatam | 1 — | $6\frac{2}{10}$ — |
| — ſcuti bregmatici poſterioris | 1 — | $6\frac{6}{10}$ — |
| — — — anterioris | 1 — | $7\frac{7}{10}$ — |
| — intervalli oculorum | - — | 5 — |
| Diameter foraminis naſalis* | - — | $6\frac{7}{10}$ — |
| Longitudo orbitae maxima | 1 — | $2\frac{4}{10}$ — |
| Latitudo — — | 1 — | $\frac{6}{10}$ — |
| Altitudo a condylo occipitali ad bregma | 1 — | 1 — |
| — a proceſſibus palatinis ad bregma | 2 — | 2 — |

Dentes inerant maxillae ſuperiori 36, inferiori 42 ſerie breviore ſed denſiore.

Cranium alterum, quod cum hoc, a me picto, et cum pictura accuratiſſima Americani crocodili, cranii Plumeriana comparatum, hac ipſa opera plane diverſum ab utroque eſſe ſtatim agnovi, eſt Crocodili ejus, quem po-

roſum dixi. In maxilla inferiore dentes 30 in ſuperiore 38 numeravi.

| | | |
|---|---|---|
| Longitudo maxillae inferioris | 4 poll. | ½ lin. |
| — condyli quatenus eſt dentata | 2 — | $3\frac{6}{10}$ — |
| — — a cavitate cotyloidea | - — | $5\frac{7}{10}$ — |
| Latitudo maxima inter cavitates cotyl. | 1 — | $5\frac{7}{10}$ — |
| — inter dentem maximum anteriorem, tertium a primo | - — | $5\frac{9}{10}$ — |
| Longitudo cranii a ſcuto extremo bregmatico usque ad apicem roſtri | 3 — | 6 — |
| — — a condylo occipitali ad apicem | 3 — | 7½ — |
| — — a condylis maxillaribus | 3 — | 7 — |
| — — a cantho anteriore | 2 — | 2 — |
| Latitudo maxima inter condylos maxillares | 1 — | 5 — |
| — — ſtatim poſt ſinum anteriorem | | $5\frac{9}{10}$ — |
| — ſcuti bregmatici poſterioris | | 9 — |
| — — — anterioris | | 8½ — |
| — intervalli oculorum | | $1\frac{9}{10}$ — |
| Diameter foraminis naſalis | | $2\frac{2}{10}$ — |
| Longitudo — — | | $3\frac{3}{10}$ — |

Longi-

Digitized by Google

Longitudo orbitae maxima poll. $7\frac{1}{2}$ lin.
Latitudo — — $5\frac{7}{10}$ —
Altitudo a condylo occipitali ad bregma $6\frac{2}{10}$ —
— a proceſſibus palatinis $9\frac{6}{10}$ —
Longitudo maxima ſinus occipitalis $3\frac{2}{10}$ —
— — quatenus pervius eſt $2\frac{1}{10}$ —
Latitudo maxima ejusdem $2\frac{8}{10}$ —
— — quatenus pervius eſt 1 —

Addam menſuras carinati, trigonati, copholidis et ſcleropis, de Blochianis exemplis ſumtas, quas in ſingularum ſpecierum notitiis repetere non erit neceſſe. Verum meminiſſe velim lectores menſuras partium muſculis ſuis et corio veſtitarum non tam accuratas ſumi poſſe, nec menſuris craniorum reſpondere; veluti longitudinem et latitudinem maxillae inferioris metiri eadem ratione ut in craniis non licet; quare ejus rationem hic non habui: nec dentium numerum in pullis accurate noſcitare licuit, qui vixdum gingivali cartilagine eminerent. Trigonati igitur parvi, etſi umbilici veſtigium nullum amplius exſtabat, has habe menſuras.

Longitudo capitis a medio extremo ſcuto bregmatico usque ad apicem maxillae ſuperioris 1 poll. $4\frac{8}{10}$ lin.
Longitudo a cantho anteriore

vel interorbitali ſpatio
infimo, ubi rugae roſtri
transverſae oriuntur $6\frac{3}{10}$ lin.

Latitudo capitis inter maxillas
poſtremas $8\frac{1}{10}$ —

— ſcuti bregmatici poſtremi 6 —

— — — anterioris $6\frac{3}{10}$ —

— capitis maxima ſupra oculos capta $6\frac{9}{10}$ —

— maxima ſcuti ſupraorbitalis $2\frac{1}{2}$ —

Longitudo maxima ejusdem $4\frac{1}{2}$ —

Latitudo maxima roſtri pone ſinum $5\frac{1}{10}$ —

— — roſtri per ſinum menſi $3\frac{6}{10}$ —

— ſpatii interorbitalis $1\frac{3}{10}$ —

Longitudo maxima oculi 4 —

In cannato crocodilo ejusdem magnitudinis has cepi menſuras:

Longitudo capitis maxima a ſcuto bregmatico
medio extremo usque ad
apicem roſtri 1 poll. 4 lin.

Longitudo a cantho anteriore vel
interorbitali ſpatio infimo,
ubi rugae transverſae multo
latiores ſed breviores oriuntur $5\frac{6}{10}$ —

Latitudo capitis inter maxillas
poſtremas $8\frac{4}{10}$ —

— ſcuti bregmatici poſtremi $5\frac{9}{10}$ —

— — — anterioris $6\frac{6}{10}$ —

Lati-

| | | |
|---|---|---|
| Latitudo maxima capitis ſupra oculos capta | | $6\frac{6}{10}$ lin. |
| — — ſcuti ſupraorbitalis | | $2\frac{4}{10}$ — |
| Longitudo maxima ejusdem | | $4\frac{6}{10}$ — |
| Latitudo maxima roſtri pone ſinum | | $4\frac{1}{2}$ — |
| — — — per ſinum | | $3\frac{7}{10}$ — |
| — ſpatii interorbitalis | | $1\frac{6}{10}$ — |
| Longitudo maxima oculi | | 4 — |

In oopholide crocodilo has cepi menſuras.

| | | |
|---|---|---|
| Longitudo capitis a ſcuto bregmatico medio, extremo usque ad apicem roſtri | 1 poll. | 4 lin. |
| Longitudo a cantho anteriore ad apicem roſtri | | $5\frac{8}{10}$ — |
| Latitudo inter maxillas poſtremas | | $8\frac{1}{10}$ — |
| — ſcuti bregmatici poſtremi | | $5\frac{6}{10}$ — |
| — — — anterioris | | $6\frac{1}{2}$ — |
| — maxima capitis per oculos medios | | $6\frac{7}{10}$ — |
| — — ſcuti ſupraorbitalis | | 2 — |
| Longitudo maxima ejusdem | | $3\frac{1}{2}$ — |
| Latitudo maxima roſtri pone ſinum | | 5 — |
| — — — per ſinum | | 3 — |
| — ſpatii interorbitalis | | $1\frac{1}{2}$ — |
| Longitudo maxima oculi | | $2\frac{9}{10}$ — |

In crocodilo ſclerope omnium harum ſpecierum maximo.

| | | |
|---|---|---|
| Longitudo capitis a ſc. br. medio extremo ad apicem roſtri | 1 poll. | 4 lin. |

Longi-

Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Longitudo a cantho anteriore ad apicem roſtri | 1 poll. | $2\frac{4}{10}$ lin. |
| Latitudo capitis inter maxillas poſtremas | 1 — | $3\frac{6}{10}$ — |
| — ſcuti bregmatici poſtremi | | $8\frac{9}{10}$ — |
| — — — anterioris | | $9\frac{8}{10}$ — |
| Longitudo maxima ſcuti bregmatici | | 7 — |
| Latitudo maxima roſtri pone ſinum | | $8\frac{8}{10}$ — |
| — — — per ſinum | | $6\frac{1}{10}$ — |
| — ſpatii interorbitalis | | 2 — |
| Longitudo maxima oculi | | 6 — |
| Latitudo baſeos trigoni interorbitalis | | $5\frac{4}{10}$ — |

Age nunc oſſium forma quibus in rebus differat, explicemus, quousque videlicet talia verbis asſequi licet. Saepius enim nec ipſa pictura diverſitati ſubtili explicandae ſufficeret.

In maxilla igitur inferiore majus exemplum habet proceſſus coronoidei manifeſtum veſtigium ſupra foramen laterale ellipticum eminentis; ab hoc proceſſu usque ad cavitatem cotyloideam maxillae margo exſertus prominet, cum in minore oſſis maxillaris margo ſuperior laevis, convexus, nullibique exſertus ſed aequalis a dente poſtremo ad cavitatem cotyloideam excurrat.

Maxillae

Maxillae ſuperioris margo ſub orbita exſertus proſtat in exemplo majore: contra in minore declivis verſus palatum eſt: orbitae inferior pars multo altior, quam in priore, et extrorſum flexus.

In minore ad ſiniſtrum latus foraminis ſemilunaris aurium adeſt alterum foramen ovale dimidiatae magnitudinis: in majore contra foramina duo parva adſunt.

Scutum bregmaticum in majore eſt anguſtius in poſteriore parte, contra in minore fere aequale aut potius in poſteriore parte latius.

Occiput cum condylo occipitali multum ultra bregma devexum prominet, et condylus occipitalis fere duobus maxillaribus condylis longitudine aequalis eſt in minore: contra in majore condylus occipitalis ad perpendiculum eſt bregmatici ſcuti, multo vero brevior condylis maxillaribus. Paries bregmatis poſticus inter foramen magnum et ſcutum quadratum cavum, nec devexum.

Chonae forma in majore ſemicirculum refert, arcu extrorſum, converſo chorda interiore, margine circumquaque prominente. Contra in minore arcus ſemicirculi interior eſt, chorda poſterior, nec margo ullus prominet.

Orbitarum margo ſuperior multo magis prominet in minore quam in majore.

Roſtrum

Roſtrum majoris multo magis a bregmate inde declive, ſupra usque ad nares planum, lateribus convexis, gemino marginis ſinu inflexum. In minore roſtrum multo magis eſt planum, ſinus marginis prior multo brevior, alter demum inſignis, quem dens utrinque major quartus inferior applicatus feciſſe videtur; cum in majore dens quartus inferior utrinque major alveum maxillae ſuperioris intret nec evaginatus promineat.

Qui poſt me crania crocodilorum diverſorum inter ſe comparabunt, ſi paria magnitudine componere invicem potuerint, multo faciliorem operam comparandi habebunt, et differentiae notas multo inſigniores facilius agnoſcent.

Diverſitatem ſpeciei videtur arguere, quod in Americani crocodili Bartram Itinerarii p. 127. maxilla ſuperiore anteriore infra narium foramina dentem utrinque majorem conicum ſemper evaginatum apparere et quaſi minari refert: in maxilla contra inferiore exſculpta eſſe foramina dentibus his recipiendis, dum maxilla utraque ſubito cum fragore magno clauditur, idonea. Niſi, quod ſuſpicor, in eo loco calami vel typorum error intervenit, maxillarumque ſitum et nomina permutavit.

Nec ſatis intelligo, quae *Jacobſon* p. 36. de foraminibus frontalibus memorat his verbis:

Digitized by Google

bis: *ad idem prope interſtitium, quo margo oculorum ſuperior a transverſa criſta oſſis occipitalis diſtat, inveniri in fronte duo in formam quadrati irregularis foramina, quae tenui ſolum cute obducuntur. Haec quidem ſingula in ſingula oculorum ampliore cavitate aperiuntur, ſed habent quoque retro ſingula ſinum, cui in cavis aurium exitus eſt.* In his diverſa abit a fabrica craniorum, quae coram habeo, criſta transverſa oſſis occipitalis, et forma foraminum frontalium quadrata irregularis. Priorem enim nullam plane, alteram longe aliter ſe habentem video. Reliqua conveniunt cum cranio crocodili minore, cujus menſuras poſui. Igitur etiam hoc equidem argumento eſſe puto, virum doctum diverſam crocodili ſpeciem a duabus iſtis, quarum crania ipſe deſcripſi, manibus tractaſſe, atque inde fieri, ut notae aliquot cranii in ſpecies omnes non quadrent.

Sed in eadem *Jacobſoni* deſcriptione poſtrema p. 37. dubitationem mihi iterum faciunt haec verba: *Praeter haec eſt et aliud foramen ſed anguſtum inter utramque auris cavitatem.* (quanam cranii in regione?). *Porro ſunt in cervice* (cranii quae dici poteſt cervix?) *duae impreſſiones, in modum lunae arcuatae, atque, ut nos quidem judicamus, muſculorum inſertioni inſervientes, in quarum iterum*

*iterum inferiore cornu aliud et peranguſtum obvenit foramen, quod ad cavitatem auris penetrat.* Hac verborum obſcuritate atque ambiguitate, hisque vocabulorum ineptiis, quas in Haſſelquiſti notitia ipſe *Jacobſon* taxavit, ſi vir doctus abſtinuiſſet, nullus divinationi locus fuiſſet relictus.

Ne quis titulo invitatus fallatur, admonebo lectores picturam ſceleti crocodilini proditam a Joh. Daniele Meyero, Norimbergae 1748. T. 1. in tabula LVIII, pariter uti ſceleti chamaeleontini translatam eſſe ex Guil. Cheſelden Oſteographia, nec ulla laude vel elegantiae vel diligentia commendari. Adjunxit Editor notitiam Britanni *Grew* ex Muſeo Regalis Societatis p. 42. translatam, quae recte jam olim vulgatum de maxillae ſuperioris mobilitate errorem refutavit. Ibi dentes triginta utriusque maxillae, igitur 60 omnino numerantur, vertebrae collares 7, dorſales 19, caudales 34, ſed error viri docti videtur in eo verſari, quod digitis quinis anticis totidem ungues paulo plus pollice longiores, quaternis vero poſticis totidem etiam ungues paulo majores aſſignantur.

Americani crocodili, *Jacaré* vocati, notitiam ſatis accuratam Georg. Marcgravius noſtras dedit in Hiſtor. naturali animalium Braſilienſium p. 242. in compendium actam a Georg.

Digitized by Google

Georg. Piſone p. 282. Caput, inquit, paulu-
lum compreſſum habet, os ſubrotundum ſeu
ovalis figurae: oris hiatus amplus: nam longe
ultra oculos id aperiri poteſt. Dentes habet
in ſuperiore et inferiore mandibula multos,
acutos, quosdam longiores quosdam brevio-
res: oculos habet magnos, rotundos, claros,
non ſuillos, caeſios, pupilla nigra; quatuor
crura et pedes, quorum duo anteriora tene-
riora ſunt, breviora et 5 digitos continentia,
quorum 3 anteriores ungues nigros habent,
duo exteriores carent unguibus: poſteriora
crura craſſiora et longiora, 4 digitos conti-
nentia, 3 itidem unguibus nigris; unus ex-
terior caret ungue. Totum corpus veſtitur
cute ſquamata, ac in capite, tota ſuperiore
parte corporis ac cauda loricata. In toto au-
tem inferiore corpore ſquamae quadratae fere
ſunt, ad tactum molles et glabrae, in lateri-
bus varias rotundas figuras habent ſquamae,
tuberculis ſcatent, et ſunt partim nigri par-
tim flaveſcentis coloris. Eodem modo ſe ha-
bent caudae latera et crura. Superius caput
firmiſſimum, munitum teſta, ex nigricante et
flavo mixti coloris. Collum ſuperius itidem
tuberculis majoribus exornatis ſquamis ve-
ſtitur. Totum dorſum cum magna parte
caudae transverſim multis parallelogrammis
longis tegitur; ſuntque illae ſquamae durae ex
flavo

flavo et nigricante mixtae, ac talibus certis intervallis exaltatae. Ultima caudae medietas firma: pinna ſuperius erecta ad finem usque dotata eſt, qua inter natandum ſe gubernat. Eſt autem illa pinna multis ſquamis quaſi compoſita, flavi coloris et eleganter variegata lineis nigricantibus. Tota porro cauda quaſi annulis nigricantibus cingitur, reliqua pars interjacens eſt flava, itidem elegantibus ſtriis nigricantibus intertexta. Ova ponit gallinaceis fere majora, figurae paene cylindricae: teſtam habent albam, tuberculis quaſi inſignitam, duriſſimam. Saepius 28 aut 30 in uno nido invenias. Habui ſex, ſeptem, octo etiam novem pedes longos. Hucusque Marcgravius, cujus utinam diligentiam imitatus fuiſſet Bontius et ceteri ſcriptores hiſtoriae Indiarum naturalis. Saltem colorem Indici crocodili teneremus! Quod vero caput Americani a Marcgravio dicitur paululum compreſſum, os vero ſubrotundum ſeu ovale, ea mihi capitis atque oris forma diverſam a crocodilo Plumerii Americano ſpeciem arguere mihi videtur.

Jamaicenſis crocodili palmarum binos exteriores digitos palmatos, plantas pentadactylas ſemipalmatas, exteriore utrinque digito dixit Patr. Browne p. 461. ubi non dubito calami errorem plantarum digitos ultra verum

rum numerum quaternarium auxiſſe. Alioquin nova accederet nota palmarum digitis binis exterioribus palmatis, quos in nullo adhuc crocodilo vidi, jungenda.

*Siamenſis.*

*Criſta oſſea frontali gemina, non usque parallela, artuum extremorum margine externo pinnacea appendice criſtata aucto.*

Caput in animale pedes 10, pollicesque 9 longo, cum collo plus paulo quam 2½ pedes, cauda 5½ pedes occupabant. Caput longum parumper convexum verſus verticem; cetera planum in media fronte poſt oculos erectam gerit criſtam oſſeam, geminam, non usque parallelam, 2 pollices altam, intra pollicem craſſam. Dentes ſupra 35 infra 32 caninorum formam gerentes, inaequales, introrſum flexi; quorum 6 anteriores infra, quatuor vero ſupra majores. Alterum par inferius maxillae ſuperiori pone nares contracto in ſinum apprimitur. Truncus colore ex fuſco nigricante tinctus, infra citrea flavedine, latera utrinque utroque colore teſſellata apparent. Dorſum tegunt ab humeris usque ad extremam caudam zonae 52 ſquamarum quadratarum magnarum, quarum quaeque in medio tubera gerit quaterna: latera

Digitized by Google

tera taeniae duae tegunt ſquamarum ovalium, gibbo bicarinato prominentium: ſquamae ventrales cum cervicalibus quadratae, hexagonae et ovales, laeves, molliores; artus minoribus ſquamis teguntur, in margine exteriore brachiorum et tibiarum usque ad digitos appendice pinniformi criſtata aucti: digiti poſteriores membrana juncti. Notitiam imperfectam, ipſe fateor caracteres certos et menſuras cranii partium omnium, quae deſiderantur ad juſtum ſpeciei diſcrimen conſtituendum, non appoſuiſſe; interim notarum externarum defectum ex inteſtinarum partium deſcriptione ſupra poſita interpolare et ſpeciei differentiam confirmare licebit.

*Pictura et deſcriptio gallica exſtat in libro: Obſervations phyſiques et mathematiques pour ſervir à l'hiſtoire naturelle — envoyées de Siam à l'Académie des Sciences. Paris* 1737. *p.* 1—47. *Planche I et III.* Eandem repetiit verſio germanica Actorum Anatomicorum Academiae Pariſienſis tribus voluminibus comprehendentium et nomina Perralti, Dodarti et Charaſii inſcripta titulo gerentium.

*Poroſus.*

*Poroſus.*

*Limbo plantarum palmarumque uti crurum brachiorumque externo ſquamis latis acutis criſtato ſeu ſerrato, ſquamis ſcutisque corporis poro pertuſis.*

Limbus cultriformis et criſtatus multo latior latera plantarum et crurum praetexit. Palmarum digiti terni medii membrana anguſta, inter alterum et tertium tamen magis conſpicua, junguntur: plantarum digiti quaterni omnes palmati, membrana ab interiore usque ad extimum, tertio longitudine parem, ſenſim lateſcente.

In tribus *Muſei Goettingenſis* exemplis mirabundus primum omnes corporis ſquamas cum ſcutis verſus poſteriorem partem ſuam poro pertuſas vidi, quales jam antea in aliquot lacertarum ventralibus ſquamis repereram.

In exemplo *Muſei Blochiani* foveas geminas ellipticas obliquas poſt orbitas tentando non vidi ſed ſenſi, muſculis deſuper et cute communi tectas. Scutorum dorſalium zonae ſingulae 8 ſcuta ovalia carinata habent, media autem bina quadrata: ovalium interſtitiis inferius interſerta conſpiciuntur ſcuta minima ſeu ſquamulae trigonae, item poro pertuſae.

Pictura

Digitized by Google

Pictura Sebana I tabulae 104 fig. 12. hanc ſpeciem reddere voluiſſe videtur; ſed roſtrum juſto brevius eſt. Magis convenit pictura in Knorrii Deliciis ſelectis naturae Tomi II tab. L. IV expreſſa, inter mediocres multas ſatis bona.

*Longiroſtris.*

*Roſtro longiſſimo, anguſto, fere cylindrico, limbo pedum, brachiorum crurumque ſquamis ſerrato, ſquamis ſeu ſcutis utriusque maxillae colli ventris et caudae primae poro pertuſis.*

Primus deſcripſit et pinxit junius animal cum ſacco umbilicali adhuc adhaerente Britannus Edwards anno 1756 in Actis Societ. regiae Londin. Vol. 49. tab. 19. Succeſſit Gronovius, cujus deſcriptio nimis brevis exſtat in Zoophylacio no. 40. Gronovio ſucceſſit Gallus Cepede, qui multo accuratiorem notitiam animalis fere 12 pedes longi cum pictura minuta ſub nomine *Gavial* poſuit. Habitat beſtia, cujus mores ignoramus, Gangem aliosque fluvios Indiae orientalis, inde Gangeticus crocodilus ab aliis dicta.

In exemplo *Lampiano* membrana inter palmarum digitum tertium et quartum conſpicienda paulo latior eſt inter eosdem digitos plantarum. Limbus ſquamarum ſerratus brachi-

brachiorum crurumque paulo minor quam in poroſo crocodilo. Denique ſquamae ſive ſcutula colli, ventris, annulorum priorum 10 caudae, maxillae inferioris et ſuperioris et ſuperficiei infernae pedum omnium poro ſingula pertuſa ſunt. Color corporis uniformis; ſupra ex griſeo nigricans vel fuſcus, infra dilutior.

Oſteologiam cum ſceleto Nilotici crocodili, (uti putabat) comparatam ex Camperi ſuisque animadverſionibus poſuit Merck in libri periodici: *Heſſiſche Beyträge zur Gelehrſamkeit und Kunſt*, editi Francofurti ad Moenum 1785, Faſciculo V, p. 73—87. Cranium fere duos pedes longum in *Muſeo Barbyenſi* inſpectum pinxit in uſum meum Paedagogii alumnus Barbyenſis *Henricus Steinhauer*. Menſuras ſingularum partium corporis ex Galli Cepede relatione ſupra poſui.

*Trigonatus.*

*Scutorum dorſalium tuberculis ſeu carinis triangulis.*

Gronovius in Zoophylazio no. 38. crocodilum, maxillis depreſſis conicis, plantis vix ſemipalmatis dixit: caput priore brevius habet, oculi magis protuberant, roſtrum breve,

planum, conicum, latum, apice obtuſo, maxilla inferiore breviore. Scuta dorſalia tuberculis cartilagineis altis triangulis horrent. Palmae digiti quini fiſſi, plantarum digiti omnes a latere interiore verſus angulum membrana anguſta, laxa, robuſta palmati; digitus extimus exunguis, intimo ſeu pollici par longitudine. Hucusque Gronovius. In exemplo Muſei Goettingenſis alteroque *Blochiani* digitus praeterea extimus palmarum breviſſimus omnium eſt. Pictura Sebana I, tab. 105, fig. 3. (nam errore calami aut typorum tabulae 107 fig. 4. laudatur) a Gronovio comparata plane cum deſcriptione viri docti et exemplis a me viſis, ſatis parvis, convenit. Eandem picturam Laurentius una cum ſequenti figura 4 (quae feminae anum ſquamulis valde elatis cinctum reddit,) ad crocodilum Niloticum retulit. Foveam cranii ellipticam utrinque carne muſculari repletam reperi; quare ad auditum pertinere poſſe non videtur.

*Sclerops.*

*Margine orbitarum oſſeo eminente, ante oculos in porcam transverſam excurrente.*

Hanc ſpeciem margine orbitarum oſſeo exſtante diſtinguo, qui ante oculos ſeptum trans-

Digitized by Google

tranſverſum altum format, bene pictum in pictura Sebana I tab. 104. fig. 10. Palmarum digiti omnes liberi; plantarum digitus quartus cum tertio longiſſimo membrana junctus latiore quam tertius cum altero. Caput breve, latum ſupra, verſus anteriora ſenſim contrahitur in roſtrum obtuſum rotundatum. Palpebra ſuperior conſtat cartilagine profundis ſulcis transverſis exarata. Maxilla inferior cum ſuperiore poris pertuſa. Infra oculos utrinque maxilla ſuperior porcam eminentem et ſulcum inferius depreſſum habet, veluti cranium a me pictum; margo maxillae ſuperioris infra operculum auriculare multo altior protuberat quam in reliquis ſpeciebus: caput inter oculos et nares magis concavum; dens inferior nullus ſupra ſinum maxillae ſuperioris prominet, ſed omnes cavitates ſuperioris intrant: poſt oculos foramina parva ovalia cranii cute communi tecta. Scuta dorſi quadrata, ut ventralia, et colli inferiora ſunt, carina longitudinali horrent. Scutum bregmaticum ſeu occipitale quadratum, planum, anguſtius maxillis, quale Sebana pictura II. tab. 104. fig. 12. in alia ſpecie bene repraeſentavit.

Hunc eundum crocodilum deſcripſit Linnaeus Amoenit. I p. 121. (p. 537. ed. Lugd.) quod arguunt verba: *ante oculos rugae ele-*

 *vatae*

*vatae oculorum regionem conjungunt.* Ab hoc Niloticum crocodilum equidem diverſum eſſe non puto; aſſeverare tamen id non auſim.

*Carinatus.*

Gronovius hunc crocodilum maxillis depreſſis conicis, plantis ſemipalmatis, digitis duobus exterioribus palmatis, Zoophylazii no. 39. dicit, eumque ait cum crocodilo ſub no. 37. deſcripto congruere, praeter has notas. Scuta dorſi laterumque ovalia carina alta ſed laevi exſtant per omnem longitudinem; laterum ſcuta minutiſſima, ovata. Plantarum digiti 3 intimi ſeu priores dimidia ex parte palmati, quartus omnium longiſſimus cum tertio membrana ad apicem usque pertingente conjunctus. Pictura Sebana I tab. 105. fig. 1. a Gronovio comparata non ſatis convenit cum deſcriptione ejuſdem Gronovii, nec pedes pulli ovo adhuc immerſi poſteriores apparent. Exemplum *Muſei Goettingenſis* palmarum digitos duos medios membrana anguſta junctos habet. In deſcriptione Gronovii errorem calami eſſe ſuſpicor. Dicitur enim hic crocodilus alteri ſub no. 37. deſcripto, hoc eſt *palmato* noſtro, ſimilis eſſe; cum potius priori, *trigonato*, ſimillimus ſit capite et latiore et breviore quam in *palmato* et

Digitized by Google

et *poroſo.* Maxillae utriusque ſquamae omnes ſeu ſcuta pluribus poris perforantur. Poſt orbitas adſunt cranii foramina ovalia cute tecta communi capitis, ſed multo minora et minus manifeſta quam in trigonato magnitudine corporis pari.

*Oopholis.*

Roſtrum aequale roſtro ſcleropis, id brevius cranio ab oculis ad extremum occipitis ſcutum ſeu planum quadratum menſo, ſed intervallum orbitarum majus: maxillae ſuperioris margo poſt nares utrinque magis conſtringitur velut inciſus. Occiput paene convexum, ita ut latera ſcuti bregmatici parum aut nihil emineant vel extent. Scutorum dorſi ovalium interſtitia ſquamis polygonis et polymorphis repleta: crurum et metatarſi marginales ſquamae criſtam ſatis manifeſtam efficiunt. Scuta poſt occiput duo ſeparata: dehinc longo intervallo in collo par geminum, poſtea tertium par ſimplex ovatum, carinatum ſequitur. Poſt oculos in cranio foveae ovales perviae, non foramina ovalia aequalibus undique lateribus: muſcularem carnem in iis nullam, ſed antice et poſtice foramen fundi vidi: in trigonato et carinato foueae vel foramina multo minora adſunt.

Specie

Digitized by Google

Specie ſcutorum dorſalium ſimilis *poroſo* tamen ſcutorum et ſquamarum poris caret.

Exemplum paulo majus quam trigonatus et carinatus umbilicum tamen-adhuc apertum gerebat, et ſcutum ſupraorbitale multis rugis exaratum et tuberculis vel callis a cranii reliquis partibus ſeparatum. Orbitae margo inferior elatiſſima latitudinem maxillae ſuperioris prominentia ſua in latitudinem ducta ſuperat, cum in trigonato et carinato eadem margo potius introrſum reducta maxillae latitudinem non aequet.

### *Palmatus.*

*Plantarum digitis omnibus palmatis.*

Gronovius primus in Muſeo no. 47, deſcripſit, et errorem ibi admiſſum correxit in Zoophylazio no. 37, ubi *Crocodilum maxillis depreſſis conicis, plantis palmatis* dicit. Caput oblongum, planum, ab oculis usque devexum, et in utroque latere ſenſim in roſtrum contractum oblongum, planum, et fere conicum, undique ſuturis et rugis reticularibus inaequale. Collum ſuperne rugoſum 4 vel 5 tuberculorum paribus inſtructum, inferne in 8 ſegmenta ex oblongo-quadratis ſquamis conſtantia tectum. Truncus a colli tuberculis usque ad caudam tegitur 18 ſegmentis trans-

Digitized by Google

transverſalibus, quae ex ſquamis ovalibus carina elevata longitudinali inermique inſtructis confectae ſunt. Pars inferior 24 ſegmentis ex ſquamis quadratis conſtantibus tegitur. Palmarum digitus medius longiſſimus; plantarum digitus extimus longiſſimus, omnes quaterni membrana robuſta et laxa usque ad apicem pertingente juncti. Pictura Sebana I tab. 104. fig. 12. a Gronovio laudata vix huc pertinet; habet enim plantarum etiam digitos quinos fiſſos nec ulla membranae jungentis veſtigia. Caput longius habet, quam ſpecies a Gronovio ſub no. 38 et 39. deſcriptae, mihi nondum viſus. Cauda corpori par longitudine ſegmentis 42 conſtat. Color dorſi et laterum lividus, lineolis maculisque brunus varius: abdominis albus.

*Pentonyx.*

Quem ex Sebanis tabulis I tab. 103. f. 1. et tabulae 104. figuris omnibus deſcripſit Laurentius ſub nomine *Crocodili terreſtris*, pedibus omnibus pentadactylis, digitis fiſſis omnibus et unguiculatis diſtinguitur. Sebae fidem firmare apud lectores poterit teſtimonium Britanni *Edwards*, qui in crocodili longiroſtris deſcriptione memorat Crocodilum ameri-

americanum permagnum et ſiccum, cujus digiti omnes unguibus armantur.

Sed Sebana figura I tab. 103. plane diverſum crocodilum a figuris tab. 104. omnibus exhibet, quippe aurium foraminibus apertis oblongis et dorſi ſcutis ovatis inſignem. Crocodilus tabulae 106. fig. 1. aurium foramina majora aperta, maxillarum margines aequales colli dorſique ſcuta quadrata, digitos poſticos omnes 5 unguiculatos et membrana junctos femorum denique et crurum marginem exteriorem ſquamis valde ſerratum habet.

Nuperrime Gallus Cepede p. 245. deſcripſit et in tab. 16. pinxit lacertam ex Cayenna transmiſſam, pedes 2, pollices 5, lineas 4, longam, quae crocodilum rictu amplo, dorſi et caudae compreſſae longiſſimae tuberculis aſperis referre dicitur, ſed differt pedibus omnibus pentadactylis unguibus curvis et acutis armatis. Caput ſupra planum, utrinque compreſſum fere pyramidem quadrilaterem refert: lingua lata fiſſa eſt; oculi grandes, aures patent: corpus craſſum, teres, ſquamis duris oſſeis tectum; quae fere omnes carinam exſtantem gerunt: plures dorſi ſquamae majores tuberculis veluti carinatae, quae verſus caudam magis aſſurgunt, et in cauda geminam dentium ſerratorum ſeriem effingunt, quae verſus finem in unam coit. Dentes

tes anteriores acuti, parvi, poſteriores craſſi et obtuſi. Habitat paludoſas Americae auſtralis regiones; in terra ad ſolem ſaepius apricatur; territa in aquis abſconditur. Conditur etiam ſua ſponte in cavis, unde mordaciſſima beſtia difficulter extrahitur ad uſum cibi cum ovis ſuis asſumta. Gallus *Dracaenam* Linnaei cum Sebana pictura I tab. 101. fig. 1. comparavit, atque inde ſuam *La Dragonne* vocavit. In quo vir doctus magnopere erravit. Ex eadem pictura Sebana Laurentius *Stellionem ſalvaguardiam* effinxit, nulla tamen caudae ſupra denticulatae facta mentione. Gmeliniana Editio Syſtematis Linnaeani nihilo minus locum Laurentii *Dracaenae* ſubjunxit. Quanquam de Linnaei dracaena dubius adhuc haereo, an ſit vere in Sebana pictura expreſſa, nullus tamen dubito Galli Cepede lacertam eſſe Linnaei *bicarinatam*. Haec illi *cauda compreſſa ſupra bicarinata mediocri, dorſo quadrifariam carinato ſtriato* diſtinguitur. Habitare dicitur in Indiis, parva, griſea: dorſum ſtriis duabus elevatis et latera dorſi ſingula ex ſquamis carinato- ſtriata: latera ſquamis convexo tuberculatis: abdomen 24 ordinibus transverſalibus ſquamarum (in ſingulo 6) tectum: cauda corpore vix ſesquilongior compreſſa, ſubtus ſtriata lateribus laevis, ſupra duplici

carina

Digitized by Google

carina ungulata: criſta nulla. Haec Linnaei verba ex Editione X repetii, quoniam in nupera Editione variis modis fuerunt vitiata et corrupta. Notitia Linnaeana cum pictura Galli quamvis minuta nimis egregie convenit.

Haec ipſa ſpecies cum *dracaena* Linnaei transitum a Crocodilorum genere ad reliqua facere videntur. Utriusque tamen accuratiorem cum Nilotico crocodilo comparationem expecto.

Sin-

Digitized by Google

# S i n c u s.

Genus lacertarum fere naturale, cum ſequente tranſitum ad angues parans.

**Caracteres generici.**

*Corpus totum, ubique fere craſſitudine aequale, cum cauda ſquamae aequales imbricatim tegunt:* ***pedes humiles****, breves, craſſi, digiti graciles, ſere aequales, ungues rectiores.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Transeunti ad anguium genus a lacertis viam ſternunt, quas Laurentius generico nomine Scinci comprehendit lacertae; quanquam Gronovius jam antea plures lacertas ſcincorum nomine indigitavit iisdemque fere notis diſtinxit. Laurentius ſcilicet ſquamis aequalibus, imbricatim corpus tegentibus et capitis colli truncique aequali craſſitudine ſeparavit a reliquis lacertis; cujus exemplum hic deſeruit Gallus Cepede.

Hic enim generis hujus ſpecies inſeruit familiae quartae lacertarum earum, quae palmas pentadactylas gerunt et ſquamas ventris non quadratas, ut Sepum Laurentianorum genus, habent.

Laurentius duas novi generis ſpecies edidit; tres Gallus Cepede. Primam uterque poſuit officinalem ſcincum, quem denuo pinxit Gallus in tabula XXIII, ubi tamen neque aurium foramina nec digitorum marginem ſerratum agnoſcere licet. Comparat uterque Sebanam picturam II tab. 105. fig. 3. duce Linnaeo; verum ea pictura pertinet ad aliam

ſpeciem

ſpeciem, quod ipſe adeo Sebanae notitiae auctor poſt eum denuo monuit Jo. Hermannus in Diſſertatione II de Amphibiorum virtut. medic. Argentorati 1789 edita p. 13.

Altera ſpecies Laurentiana, *ſtellio* dicta nullas fere generis notas ab eodem editas agnoſcit; de pictura Sebana II. tab. 10. fig. 4. et 5. comparata a Laurentio, deinceps dicetur.

Notis generis Laurentianis addere oportet pedes craſſos humiles, breves, digitosque fere aequales, unguibus rectioribus.

Gmeliniana Syſtematis Linnaeani Editio Scincorum familiam abdomine ſquamis imbricatis tecto linguaque integra diſtinxit, illique ſpecies quinque adjunxit; quas in extrema hac disputatione examinabo.

## *S p e c i e s.*

### *Officinalis.*

*Corpore in dorſo angulato, zonis nigricantibus cincto, roſtro brevi, digitorum planorum margine exteriore ſerrato, cauda corpore brevior.*

Digitos ſupra convexos infra planos, margine exteriore ſerrato ſquamis latis prominentibus, recte annotavit Haſſelquiſt, negans adeſſe

Digitized by Google

adeſſe ungues, qui tamen cornei anguſti, obtuſi ſub crena ſquamae ultimae latae digitorum prodeunt: pedum anticorum digitus penultimus poſticorum ultimus omnium longiſſimus: poſticorum etiam crura cum digitis omnino longiora anticis.

Ungues digitorum omnium adeſſe recte contra Linnaeum monuit Cetti in Hiſtor. nat. Sardin. III. p. 25. contra is digitos membrana conjunctos vidiſſe ſibi viſſus eſt, cujus ego nullum video veſtigium. Aurium foramina omiſit Haſſelquiſt: reperire non potuit Cetti, quae ſquamarum finibus prominentibus contracta tegi ſolent, poſita videlicet in linea eadem horizontali cum angulis oris.

Patriam Arabiam petraeam prope mare rubrum et Aegyptum ſuperiorem juxta Nilum annotavit Haſſelquiſt.

Nuperrime lacertam eandem ſub nomine arabico *El Adda* in Aethiopiae ea regione, Atbara nunc audit, quam inſula Meroe occupat, repertam pinxit in tabulae XL. fig. 2. famoſi itineris ſcriptor Bruce, adjuncta deſcriptione, in qua nemo facile genus animalis agnoverit; quare non miror interpretes Itinerarii vernaculos noſtros in definienda lacertae genere aberraſſe. Dicitur lacerta parva, fere $6\frac{1}{6}$ pollicem longa, habitare arenas ibique magna cum celeritate ſe abdere. Apricatur

catur ſaepe in ſole, et territa ſub ſaxis aut radicibus ſiccis ſe abſcondit. Oculi parvi dicuntur pilis multis nigris craſſis invicem palpebrarum circumpoſitis defendi. Quae cum ſcriberet vir doctus, quid illi venerit in mentem, equidem comminiſci non poſſum.

Hiſtoriam ſcinci literariam a ſcriptoribus usque graecis repetitam hic tradere nimis longum foret. Adeat lector Conr. Geſneri Hiſtoriam Quadrupedum oviparararorum Bocharti Hierozoici I. p. 1056. ſqq. et inprimis Jo. Hermanni Diſſertationem II de Viribus medicatis Amphibiorum p. 21. ſqq. ubi egregie demonſtratur, medicos latino-barbaros et ab his in errorem inductos recentiores diu lacertam aliquam aquaticam aut ſalamandram pro ſcinco habuiſſe, atque ad eundem aphrodiſiacum uſum commendaſſe.

### *Aurata.*

*Cauda longiuscula, dorſi taeniis flaveſcentibus, laterum taenia lata ex atro fuſca.*

Quam in Amoenit. Acad. I p. 294. (p. 575. ed. Lugd.) deſcripſerat Linnaeus, *cauda tereti, pedibus pentadactylis, ſquamis rotundatis leviſſimis ſubgriſeis, lateralibus ſubfuſcis*, caput ovatum dicitur habere, ſuperne planum, ſuturis exaratum; (id eſt ſcutis tectum) aurium

rium foramina aperta, narium minutiſſima ad apicem roſtri: collum et truncus eadem ſunt craſſitudine, laevia, absque criſta, imbricata ſquamis ſubrotundis obtuſiſſimis, arctis; cauda longitudine corporis, teres, ſenſim anguſtior: palmae ſunt a plantis remotiſſimae, pentadactylae, fiſſae, minimae, unguibus acutis armatae: plantae pentadactylae, fiſſae, digitis maxime inaequalibus, ut in reliquis: color corporis viridi et luteo ſubgriſeus, latera vero ab auribus ſupra pedes longitudinaliter faſcia griſeo fuſca pinguntur. Addit colore et ſtructura fere accedere ad ſcincum officinalem, cujus tamen differentiam notis ſatis manifeſtis in annotatione poſitis docet, ubi inter alia ſcinci ſquamas orbiculatas et obtuſas omnes ſtriis tribus elevatis inſignes tradit, quas equidem ſtrias nunquam vidi, nec ab Haſſelquiſtio annotatas reperi; contra in alia ſcinci ſpecie ex India orientali allata exempla omnia ſquamas tribus ſtriis eminentibus inſignes gerere vidi. De qua deinceps dicetur.

In Muſeo Trid. Ad. I. p. 46. ſub *lacertae barbarae* nomine nihil niſi cauda corpore longior annotatur. Gronovius Muſei II no. 48. has ſcinci ſui notas praecipuas poſuit: caput collo aequale, ſenſim ab anteriore parte in apicem productum, ovatum, ſuperne con-

vexo planum, ſquamis majuſculis polygonis tectum: maxilla ſuperior parum longior: dentes parvi aequales, conici, obtuſi, utrinque ordine ſingulari: lingua acuminata, lata, carnoſa, baſi emarginata, apice attenuato integro: rictus mediocris: nares ſubrotundae: corpus oblongum plagio-plateum, fere quadratum, aequale, ac ſenſim verſus caudam graciléſcens: dorſum latum, planum: cauda conica, corpore multo longior: palmarum digitus 3 et 4 pares ſecundo parum longiores, quintus ſecundo multo minor, primus breviſſimus: plantarum 2 et 4 pares, tertius longior, hoc quintus longior, primus breviſſimus: ſquamae rotundatae, ſtrictae, laeves, ſplendidae: color ſubfuſcus, intra albidior. Habitare Surinamum dicitur. In Zoophylacii no. 41. Gronovius ipſe ſcincum ſuum cum aurata lacerta Linnaei comparavit; cum ſimiliorem ignoraret ſcilicet: atque adeo ipſe Linnaeus in Editionibus Syſtematis anterioribus locum ſcincum Gronovianum hunc cum aurata ſua lacerta quanquam dubitabundus comparaverat.

Tertium idem Gronovius Muſei no. 49. deſcripſit, cui ſcuta ventralia colubrorum ſcutis ſimilia tribuit. Quam notitiam male Linnaeus olim ad ſcincum officinalem retulerat. Suſpicor Laurentium hinc mutuatum fuiſſe

ſcin-

*ſcincum ſtellionem*, atque inde verba tranſtuliſſe haec: *abdomen ſcutis ſubquadratis teſſellatum, dorſum ſquamulis ſeu granis tectum.* Quae notae omnes ſunt a ſcincorum genere plane alienae. Pictura Sebana II. tab. X fig. 4. a Laurentio male comparata, rectius a Gallo La Cepede ad Linnaei auratam lacertam refertur.

Linnaeus auratam cauda tereti longiuscula ſquamis rotundatis glabris lateribusque ſubfuſcis diſtinxit comparata pictura Sebana I. tab. 89. fig. 3. Vivam, ait, colore auri pulcherrime nitere: corpus eſſe teres quaſi pingue, aures concavas.

Poſtremus Gallus La Cepede *auratam lacertam* deſcripſit et pinxit in tab. XXV. Is generis hujus a Laurentio recte conſtituti rationem non habuit, et congeres jam antea bene collectas lacertas iterum ſegregatas disſipavit. Majorem eſſe ait, et caudam gerere multo longiorem quam officinalem et illam quam Mabuya barbaro nomine vocavit. Colorem ex argenteo griſeum corporis maculis aurantiacis variari, laterum albicare: (Brownium colorem corporis ſuperni ſordide griſeum et faſcias transverſas tribuere) vivae colorem flavum auri inſtar ſplendere.

Picturam Edwardianam tab. 247. a Linnaeo comparatam negat Gallus p. 386. referre



Digitized by Google

auratam lacertam, et ad aliam referendam eſſe affirmat. In exemplo Seligmanniano tomi VII, tab. 57, ex Edwardiano expreſſo equidem colorem corporis et ſquamas diverſas ab aurata lacerta reperio. Denique picturam Sebanam I tab. 89. fig. 3. a Linnaeo comparatam ab aurata alienam eſſe, recte monuit etiam idem Gallus. Cauda enim apparet ibi verticillata, pedes lacertae Iguanae artubus ſimiles, ſquamaeque breviores. Notitia Sebana laterum lineam nigram duabus albis cinctam memorat. Eandem picturam Sebanam Laurentius ad *Sepem zeylanicum* retulit: quo facto Gmelinum movit, ut Sepem Laurentianum ad Linnaei lacertam auratam referret. Rectius cum aurata Gallus La Cepede Sebanam picturam II. tab. 10. fig. 4. et 5. et II. tab. 12. fig. 6. comparavit.

Linnaeanas notas in Syſtemate propoſitas facile primum in exemplis *Muſei Dreſdenſis Electoralis* agnoſcere viſus ſum; ſed prius eorum ſquamas rotundas ſtriatas gerebat. Alterum auri colore reſplendens tres dorſi taenias gerebat, quarum media latiſſima quaſi geminata videbatur.

Poſtea tria *Muſei Blochiani* exempla ſcinci ab officinali diverſi variae magnitudinis inſpexi. Medium ſquamis rotundis ubique aequaliter imbricatum, colore ſupra fuſco erat

auri

auri ſplendore immiſto: ante oculos taenia lata atra incepta ducitur per ipſos oculos, et latera, obſcurior per caudam excurrebat: venter albicabat. Exemplum maximum a priore diſcrepabat majore artuum priorum diſtantia a poſterioribus, digitorum brevitate majore, et colore ſimplice, albicante, officinali ſimili, faſciis obſcuris transverſis variegato. Lingua cum dentibus in tribus exemplis eandem formam gerebat, lingua videlicet erat brevis, craſſa, anterius inciſa: dentes parvi, acuti. Cauda multo longior in medio quam in duobus reliquis, extrema parum compreſſa erat ut in officinali. Conveniebat picturae Sebanae I tab. 105. fig. 3. praeter *flaveſcentem lineam a naſo ad caudam protenſam* a Seba annotatam: nec os erat acuminatum. Quanquam neutram notam pictura reddidit. Eandem tum temporis lacertam eſſe putabam, quam Sebana pictura II tab. 10. fig. 4. reddidit, quamvis deſcriptio cum pictura congruens caudam paulo longiorem Blochiana faciant.

Tertium minimum exemplum cum primo conveniens tres ſtrias albas a fronte ad dorſum, ubi lateſcunt, anterius ductas gerebat in fundo fuſco. Hoc cum primo tum ad Galli Cepede Mabuyam, tertium ad Linnaei auratam lacertam referebam.

Parvum

Digitized by Google

Parvum *Muſei Rebeltiani* (poſtea divenditi) exemplum laterum lineas binas albas latiores tertiam ex atro fuſcam includentes habebat, in tertiam caudae parte priore adhuc manifeſtas; infra exteriorem albam altera anguſtior fuſca decurrebat. Superior alba linea pone oculum incipit, inferior infra oculum exorſa tympani foramen tranſit. Poſteriorem humerorum et femorum partem linea fuſca variegat. Longitudine artuum et digitorum, quanquam multo graciliorum, conveniebat cum maximo Blochiano exemplo, plus quam dimidio majore: hinc longitudine pedum ab eo diſcrepare videbatur, quamvis forma ſcutorum capitalium, cauda et color nullam differentiam arguerent.

Exemplum *Muſei Meyeriani* Stettinenſis colore olivaceo imbutum praeter taenias laterales atras duas alias duas anguſtiores habebat ab occipite ductas ultra regionem pedum anteriorum.

Exemplum *Lampianum* laterum taeniam latam albam, ab oris angulo usque ad pedum poſteriorum regionem ductas in fundo ex atro fuſco oſtendit. Dorſum et caudam ſupra ſtriae ex atro fuſcae per quinque ſeries digeſtae variegant.

Exempli *Barbyenſes* ſquamae eae, quae cuticula nondum ſunt denudatae, colorem gerunt

Digitized by Google

runt viridem olivaceum, reliquae ardeſiaceum vel cinereum, omnes ſtriatae. Lineae binae albae ab extremo roſtro infra et ſupra oculos excurrentes per latera in medio trunco deſinunt, utrinque taenia nigricante cinctae. Artus anteriores colorem olivaceum fuſco et albo maculatum habent, poſteriorum maculae minus ſunt manifeſtae.

*Carinatus.*

*Squamis carinatis, caudae mediae ſupra et infra ſcuta transverſa.*

Dubitationem de veris auratae notis auxit geminum exemplum ſcinci ex India orientali a *Johnio* transmiſſum ad *Blochium*. Primum auratae antea a me viſae ſimillimum totum colore ex atro fuſco imbutum ſine manifeſto macularum veſtigio, ſquamas rotundas ſtriatas gerebat. Alterum ſimiliter ſquamas omnes (exceptis inferiore cauda) ternis ut plurimum carinis elevatas gerebat: cauda gracilitate ſimilis caudae vulgaris lacertae noſtrae agilis, duplo longior reliquo corpore, ſupra et infra tecta erat ſcutis latis, quorum ſeries ſuperior ab altera parte dimidiata, inferior ab altera tertia exorditur. Color erat ex nigro fuſcus, ſed earum ſquamarum, quibus cuticula abſceſſerat, cinerea: laterum

et

Digitized by Google

et ventris albicans. Ab oculis inde juxta dorſum utrinque excurrit taenia albicans usque ad initium caudae, infra quam altera adeſt multo latior colore dorſi fuſco.

Exemplum *Lampianum* per dorſum, caudam genas, latera et pedes diſſeminata puncta alba et ſtrias ſimiles habet: linea praeterea alba ante oculos exorſa obliqua ad aurium foramen deſcendit. Duo reliqua ejusdem Muſei exempla multo magis diverſa ſunt a prioribus. Latera nempe taenia ex nigro fuſco carent, contra per dorſum, caudam et pedes zonae ſinuatae fuſcae ductae conſpiciuntur, et interruptae lineis 3 albis, quae poſt caput exorſae verſus mediam caudam deſinunt.

Dubitabundus ſpeciem hanc ab aurata notis ſupra poſitis ſeparavi: multa enim in exemplis inſpectis, quae ſingula invicem comparare non potui, ſatis etiam longo temporis intervallo ad eorum obſervationem reditans, ipſe animadverti, quae in diverſas opiniones animum distraherent. Quare longe accuratiore opera hae duae ſpecies, ut rite ſeparentur aut contra ſexu vel aliis cauſis conjungantur, indigent. Idem de ſequenti ſpecie, ſatis quidem per ſe coloribus diſcrepantem a praecedentibus, dictum volo.

Vari-

Digitized by Google

*Variegatus.*

*Squamis omnibus ex nigro fuſcis paſſim ſtria alba diviſis.*

*Muſei Blochiani* hoſpes omnium pulcherrimus et maximus in ſuo genere caput brevius et anguſtius ſupra quam auratus, caudam craſſiorem quam ille, ſed corpore breviorem, pedes etiam digitosque breviores habet. Corpus omne ſupernum cum cauda et pedum facie ſuperna ſquamis nigricantibus, ſtria alba diviſis imbricantur: ſtriae tamen albae ordine incerto alternantur, nec in omnibus adſunt ſquamis. Latera corporis anteriora linea atra percurrit; color infernus ſordide flavidus. Diligentiſſime pictum animal olim lectoribus exponam, quo rectius ipſi judicent, quam vere ipſe hunc ſcincum componam cum eo, quem Gallus Cepede ſub nomine *Mabouya* deſcripſit et ſatis male pinxit. Eum ipſum vero Gallus cum Sardenſi ſcinco conciliare in unam ſpeciem conatus eſt.

Quam in Sardinia habitantem ſub nomine gemino vernaculo *Tiligugu* et *Tilingoni* deſcripſit et cum ſcinco officinali comparavit Cetti III, p. 21—27, verſionis germanicae, ea 8 pollices longa, 2 pollices craſſa, caudam $3\frac{1}{2}$ pollices longam, igitur corpore breviorem, gerit: caput ſcutis tectum ut in lacerta agili, reli-

reliquum corpus caudamque ſquamis rotundis laevibus: pedes breves; poſtici, longiores anticis, vix 1 pollicem longitudine aequant: digiti omnes teretes, inaequales; poſticorum pedum longiſſimus vix 4 lineas aequat: corpus ſupra colore fuſco ſplendet, punctis crebris nigris variegatum: infra albicat.

Hanc notitiam ad ſpeciem, a ſe ſub nomine *Mabouya* tanquam novam, deſcriptam retulit Gallus Cepede. Quod ejus judicium verumne an falſum fuerit, lectores ex comparatione notarum ipſi diſpicient, quas hic ex notitia Galli collectas ponam.

Eſt igitur auratae ſimillima lacerta, a qua caudae brevitate differt: hanc enim aurata corpore multo longiorem, altera breviorem gerit: magnitudo etiam auratae major ſolet eſſe: corpus totum ſquamis rhomboideis tegitur, coloris fulvi auro ſplendentis: plures tamen dorſales colore ſunt interdum obſcuro, linea alba mediae notatae: latera utrinque faſcia nigra ornat, cujus marginem interiorem altera faſcia albicans cingit. Auratae, quam *le Doré* interpretatur Gallus, ſquamae parvae, rotundatae, ſtriatae et ſplendidae dicuntur eſſe: color corporis griſeus argento reſplendens, flavo maculatus, verſus latera albeſcit. Exemplum 15 pollices et 8 lineas longum, caudam 11 pollices et 1 lineam longam

Digitized by Google

gam gerebat; pedes poſtici, anticis longiores, pollicem et 11 lineas aequabant. Denique monet Gallus patriam auratae a Linnaeo aſſignari inſulam Britannicam Jerſeam, in cujus rei teſtimonium laudari Edwardiani Spicilegii tabulam 247, quae tamen lacertam plane diverſam pictura reddat. At enim vero Linnaeus etiam antequam Edwardianum Spicilegium cognitum habuiſſet, auratae patriam inſulam Jerſeam cum Cypro attribuit, laudato Aldrovando Quadrup. p. 660, ubi lacertus cyprius ſcincoides deſcribitur.

In habitatione et moribus utriusque ſpecie enarrandis mire Gallus a natura aberravit, nominis barbari pluribus et diverſis animalibus hujus claſſis communis ſpecie in errorem inductus. Gallus Dutertre, quem civis ejus La Cepede laudat, duas lacertarum ſpecies plane diverſas communi nomine barbaro complexus alteram tantum deſcripſit et pinxit: quam notitiam cum pictura repetiit et corrupit more ſuo Rochefort. Haec eſt ſcinci vera ſpecies. Altera ad ſtellionis genus pertinet, ut jam olim in Specimine Phyſiologiae Amphibiorum altero docui: de cujus habitatione et moribus narrat Dutertre, quae Cepede male ad ſcinci ſpeciem transtulit. Nec magis huc pertinere videtur *Salamandra minima fuſca maculis albis notata.*

In

Digitized by Google

In Codicis Blochiani picturarum Plumierii folio 142 juxta ſtellionis ſpeciem pictam reperio ſpeciem ſcinci, quem titulus adſcriptus *Scincum terreſtrem aureum* indigitat. Hic caudam corpore multum longiorem gerit, corpus ipſum ſupra pluribus taeniis flaveſcentibus ornatum: infra oculos et pedes anteriores linea nigra lata ad medium laterum excurrit. Hanc eandem ſpeciem intelligere videtur auctor Muſei Huttuiniani, ubi no. 151. nominatur *Lacerta ſcincoides cauda breviore, corporis zonis longitudinalibus flavis, hinc vittata.*

Denique ſcinci Mabouya Gallus Cepede varietatem eſſe cenſuit *lacertam lateralem,* quam Thunbergius in Actis Societ. regiae Stockholm: novis Vol. VIII. p. 118. ex verſione germanica deſcripſit, et in tabula II fig. 2 et 3 pinxit. Similem auratae ipſe illuſtris Thunberg ait, cauda tamen breviore et *ſubito* gracileſcente ab ea diſcrepare. Duas ejus varietates ponit, unam in dorſo cinereo quatuor macularum ſeriebus variegatam nigrarum, minoribus oblongis albis immiſtarum. Lineae laterales nigrae inferius adſperſas maculas parvas albas habent, ab oculis ad pedes poſteriores ductae.

Altera varietas fig. 3. lineas laterales magis aequales et nigriores a naribus per oculos

Digitized by Google

los et aures ad pedes poſteriores ductas habet. Dorſum cinereum faſcia lata obſcurior ad caudam perducta ornat. Utriusque corpus fere quartam ulnae partem aequat, digiti craſſitie, ſquamis tenuibus, laevibus albicantibus imbricatum. Maxillas maculae albae nigricantesque variegant: artuum partes ſuperiores breves, ſupra nigricantes, infra albicantes. Digitorum medius longiſſimos, omnes unguiculati. Cauda corpore brevior, teres, maculis nigris conſperſa, ſubito gracileſcit. Prioris lacertae patriam inſulam Javam edidit Thunberg, alterius ignoravit.

Priorem equidem ſcincum variegatum meum eſſe cenſeo, quamvis quatuor tantum ſeries macularum nigrarum annotentur. Has vero pictura nimis parvas, albas contra nimis grandes et quadratas reddidit. Altera lacerta pertinere potius ad ſcincum auratum videtur; pictura enim caudam longiorem et graciliorem indicavit.

### *Laticeps.*

*Capite utrinque poſt oculos lateſcente et ſcutis majoribus tecto; digitis etiam unguibusque longioribus.*

Scinco aurato et carinato ſimillimus, capite latiore et pedibus unguibusque longioribus

Digitized by Google

ribus diverſus, caput utrinque compreſſum non habet, ſed ab oculis verſus poſteriora caput lateſcit, ita ut maxilla ſuperior utrinque latior quam in reliquis appareat, ſcutis magnis et laevibus tecta usque ad aurium fiſſuram transverſam. Digitorum longiorum, minus teretium, ungues etiam longiores ſunt: ſquamae omnes rotundae, laeves: anus ſuperne tegitur ſcutis magnis duobus, utrinque ſquamis quadratis juxta adſtantibus: cauda teres, corpori par longitudine, in parte poſteriore ſupra atque infra tegitur ſcutis, qualia etiam mediam ejus longitudinem in lateribus utrinque ſparſa occupent. Color exempli primum in *Muſeo Goettingenſi* viſi erat fuſco griſeus, immaculatus, niſi quod in extrema cauda duae nigricantes maculae aderant. Alterum exemplum *Muſei Ludwigiani* pari magnitudine meum in uſum pinxit amiciſſimus *Tileſius*, Philoſophiae magiſter et doctor, medicinae pariter atque hiſtoriae naturae ſtrenue operam navans Lipſiae. Hoc ubique maculis nigricantibus quaſi nebulatum, in cauda vero quaſi anulatum apparet. Caput tamen cum medio dorſo puriorem albicantem colorem prae ſe ferunt.

Sepi-

Digitized by Google

*Sepiformis.*

*Sutura ab angulis oris ſupra pedes anticos per latera infra poſticos excurrens.*

Exemplum *Muſei Linckiani* auctor Deſcriptionis Muſei Linckiani retulit ad lacertam ſepem Linnaei, inter quam et niloticam medium animal ſuturam lateralem laxam gerit, ab angulis oris utrinque ſupra pedes anteriores per latera et infra pedes poſteriores excurrentem. Caput ſcutis ut in genere ſepum tectum: nares ſtatim ſupra ſcutum triangulare labii ſuperioris patent: menti, gulae colliqne ſquamae latae, laeves, ſexangulae, ventris usque ad anum magnae, rhombeae, ordinibus transverſis poſitae: humerorum et crurum ſuperiores et anteriores magnae, ſexangulae, fere rotundae: femorum pori magni: pedum poſteriorum digitus penultimus longiſſimus; quartus et reliqui deinceps introrſum verſus gradatim minores; ultimus a reliquis longe disſidet, ſecundo longior. Corpus ſupernum cum cauda tereti conica, corpore plus quam duplo longiore, ſquamis magnis quadratis, ordinibus transverſis poſitis, tegitur, quarum carina plana in fine tantum eminet conſpicua: faciem ſuperiorem et poſteriorem pedum ſquamae minores rotundatae tegunt, quarum ordines aliquot

Digitized by Google

aliquot in pedibus poſticis carinam manifeſtam gerunt. Pedes craſſi, pro ratione corporis, circiter pollices 6 longi, et ultra pollicem lati, breves, ut in reliquis hujus generis ſpeciebus, ungues flavi, parum curvi; aurium foramen oblongo rotundum, verticale.

### *Brachypus.*

*Artus disſiti, breves; ſtriae corporis ſuperni ruſi, ſpadicei vel cinerei fuſcae plures; color inferni albicans.*

Eundem Gronovius Zoophylacii no. 43, ita deſcripſit. Caput parvum, ovale, parumper acutum, depreſſum, ſquamis polygonis tectum: maxillae aequales, os terminale, oculi laterales ſuperiores: truncus cylindricus, rectus, longus, laevis; cauda multo longior trunco, ſed aequalis craſſitie, cylindrica, ſquamis imbricata, in finem craſſum parumper obtuſum deſinens. Artus disſiti, breves, pentadactyli: anteriores breviores, laterales, parum a capite diſtant: poſteriores longiores, laterales juxta anum, capiti quam extremae caudae propiorem, ſiti: digiti fere omnes longitudine aequales, unguibus acutis curvis armati. Totum corpus cum artubus ſquamis rotundiuſculis laevibus, imbricatum. Color carneus: longitudo 7 pollicum: patria Africa.

Animal

Digitized by Google

Animal inter lacertas et angues medium cenſuit et Scincorum generi recte inſeruit Gronovius.

Notitiam iſtam Lacertae chalcidi tridactylae male Linnaeus accommodare voluit. Poſtea Batavus Voſmaer lacertam vermem dictam publicavit, ex vicinia Capitis bonae ſpei Muſeo Principis Aurantiaci illatam, ſcripto edito anno 1774 (*Deſcription d'un Lezard - ſerpent et d'un Lezard - ver*) cui pictura ſatis mala acceſſit. Sed is Imperati et Fab. Columnae chalcidem lacertam non minus male de ſua lacerta interpretatus eſt. Rectius tamen Gronovianum ſcincum comparavit: qua de re lector ipſe ex notitia judicabit, quam huc transferam.

Color corporis ſuperni ex fuſco rufus, quem ſquamae parvae, tenues, laeves, imbricatim ſitae maculis nigricantibus vel ſaturate fuſcis belle variegant: inferni color corporis ex griſeo albicat. Caput trunco aequale, parumper depreſſum: lingua dentesque non apparent: aurium foramina rotunda, in recta linea oris ſita parum ab eo diſtant. Pedes quatuor breves, teretes, ſquamis minutis imbricati, pentadactyli, unguiculis parvis, curvis, albis digitos breves armantibus: cauda cylindrica in acumen obtuſum deſinit. Pictura ſupra vel poſt oculos deſignavit tantum

ſcutum capitis trigonum: nihil praeterea illi aut notitiae ineſt notae, qua utrumque animal, Voſmarianum et Gronovianum, conjungi et ad eandem ſpeciem ſine ullo dubio referri queat. Haec tamen ipſa mihi ſe approbavit opinio; nec dubito equidem eandem noſtram lacertam eſſe, quam Linnaeus olim *anguem quadrupedem* dixerat, poſtea ſub *lacertae ſerpentis* nomine accuratius deſcripſit et pinxit Blochius, heu quondam! meus in Actis Societatis Berolin. Phyſicae, Vol. II, p. 30. ſeqq.

Geminum exemplum Blochianum dum inſpiciebam haec notitiae amici addenda reperiſſe mihi viſus ſum. Maxilla ſuperior ſimplex, nec ullus palati pecten dentatus adeſt: lingua parte anteriore leviter incisa: caput tegunt ſcuta 5, quorum duo anteriora deinceps ſita, tertium omnium maximum, trigonum inter palpebras ſuperiores ſcutis oblongis transverſim ſtratas poſitum; poſt hoc duo obliqua, magna, oblonga frontem tegunt.

Atque his notis agnovi, exemplum *Muſei Goettingenſis* cum notitia Voſmariana et Gronoviana comparatum. Dubitationem tum mihi faciebat, quod Blochius pedes ſuperiore loco in lateribus corpori appoſitos eſſe quam in aliis lacertis fieri ſoleat, priorumque nec articulationem nec flexum apparere: quod contra

Digitized by Google

contra eſt in Goettingenſi alteroque *Lampiano* exemplo. Redux deinde Berolinum ſtatim inſpexi unicum, quod ſupereſt, Blochianum exemplum, in quo pedum anteriorum flexum, atque artuum omnium ſitum nulla re a vulgari diverſum agnovi.

*Niloticus.*

*Dorſi ordines 4 ſquamarum oblongarum carinatarum, ventrales omnes, carinatae, ut pedum ſuperiores: cauda corpore plus quam duplo longior, extrema triangularis.*

Hanc Haſſelquiſt primus et ſolus in Itinerario p. 361. deſcripſit et cum ſcinco officinali comparavit ita ut pedes digitosque et ungues ſimiles eſſe diceret, proportione paulo diverſa; pedum ſcilicet anticorum intimus digitus reliquis duplo brevior, ſecundus et quintus pares, tertius et quartus aequales, reliquis longiores: poſteriorum intimus et extimus breviores reliquis, tertius et quartus aequales, reliquis longiores; ſecundus intimo longior. Caput oblongum, depreſſum, collo poſtice elevatius; roſtrum oblongo-triquetrum, depreſſum, planum, angulo medio longitudinali notatum, apice obtuſum, longiusculum, ſquamis ſubrotundis, elevatis gla-

 bris

Digitized by Google

bris tectum: rictus amplus: denticuli haud multi, acutiſſimi, anterius convexi: collum capite duplo longius: corpus non admodum depreſſum; infra medium lateribus parum protuberantibus: cauda corpore plus quam duplo longior, teres plus quam ad dimidiam partem, reliqua pars triangularis, angulo longitudinali in utroque latere, ſquamis glabris tecta. Dorſum tegunt ſquamae oblongae imbricatim per anulos diſpoſitae, carina notatae, quae mucrone brevi prominet e fine ſquamae poſteriori: juxta carinam utrinque margo ſquamarum punctis albicantibus notatur. Poſtea Haſſelquiſt lineam dorſi latam, conſtructam quatuor lineis ſquamarum, a reliquis figura differentium, ejuſdemque cum abdominalibus ſtructurae annotavit. Scilicet jam antea abdominis ſeu potius ventris ſquamas priſmaticas tuberculo oblongo, (id eſt carina) et margine elevato punctulato cincto, notatam poſuerat. Itaque dorſi ordines quatuor ſquamarum atque omnes ventrales carinam gerere videntur, quae mucrone in dorſalibus eminet ultra finem poſteriorem. Squamae pedum et caudae quales dorſi, inferiores vero pedum ſubrotundae. Color corporis ſupra lucido-fuſcus, abdominis albicans: longitudo pedum 3, pollicum 2. Habitat Aegypti paludoſa juxta Nilum. Forskӧl in Deſcript.

Digitized by Google

ſcript. Animal. p. 13. no. 2. Arabico nomine *Váran* addito caudam verticillatam longam, ſquamas caudae obtuſe truncatas, dorſi acutius carinatas, femora ſine verrucis annotavit.

Linnaeus in duodecima Syſtematis Editione *lacertam niloticam* dixit, et cauda longa, extima triquetra, corpore glabro, dorſo ſquamarum lineis quatuor diſtinxit: ex quibus notis miror, ſi quis animal ſibi oblatum unquam agnoſcere potuit. Multo minus ſufficiunt notae, quas neglecta Haſſelquiſtii notitia poſuit Gallus Cepede, lacertam, repetito nomine ab Aubentono primum poſito, *Le Triangulaire* vocans.

Roſtro et pedibus ſcinco officinali ſimile animal reliquis corporis notis ſatis alienum videtur a reliquis hujus generis ſpeciebus, aliqua tamen ratione affine praecedenti *Sepiformi*.

*Punctatus.*

*Series punctorum fuſcorum utrinque taenia flavida ſeparantur.*

Linnaeus in Muſeo Fr. Ad. p. 46. et in Syſtemate *punctatam* lacertam appellavit et coloribus bene diſtinxit. Laurentius Linnaeanam notitiam ex pictura Sebana II. tab. 2. fig. 9. a Linnaeo comparata ſupplevit, de ſuo verba

Digitized by Google

verba *capite ovato parvo indiſtincto animal exiguum* addidit, *Stellionem punctatum* appellans. Suturas capitis ut in ſerpentibus eſſe ait Linnaeus, quo nomine ſcuta vocabat; lineas duas, quibus dorſum a lateribus ſeparatur, in Muſeo Fr. Ad. flaveſcentes exoletas dicebat, puncta ipſa fuſca quorum trini ordines lineis iſtis ſeparanti ſenas per longitudinem dorſi et laterum utrinque longitudinem ſeries, omnino 18, efficiunt. In Syſtemate lineas flavas, puncta nigra dixit, caudam corpore longiorem, teretem, item per ſeries punctatam, ut pedes quaternos pentadactylos; corpus teres, laeve pinguiſculum tactu. In Syſtemate picturam Sebanam II. tab. 2. fig. 9. addit; verum haec caput non ſcutis ſed ſquamis tectum, ceterum corpus ſcinci forma lineasque ejus duas albidas exhibet. Puncta vero vel fuſca vel nigra nec pictura nec deſcriptio habet. Quare mihi quidem Sebana lacerta quanquam hujus generis propria, tamen plane ſpecie diverſa eſſe videtur, ita fere diſtinguenda: *Scincus bilineatus ex spadiceo pellucens, taeniis duabus albicantibus ab extremo ore usque in caudae partem craſſiorem extenſis.* Contra eandem plane ſpeciem praebet pictura Sebana II. tab. 12. fig. 6. quam Seba lutei coloris punctis nigris per totum corpus diſtinctam dicit; quanquam

Digitized by Google

quanquam in eo a veritate naturae recedit pictura, quod pedes anteriores longius juſto a capite diſtant.

Gmelinus in nupera Syſtematis Editione Stellionem punctatum Laurentii recte cum punctata Linnaei lacerta comparavit; ſed male nomen triviale vetus novo *interpunctatae* permutavit, pejus etiam Laurentii eundem ſtellionem punctatum inter Synonyma Lacertae monitoris Linnaei addidit. Gallus Cepede lacertam hanc plane omiſit.

Animal quamvis aliqua ex parte Sepum generi affine pluribus tamen notis Scincis vindicari ſequens notatio plurium exemplorum ex India orientali *Blochiano Muſeo* illatorum docebit. Longitudinis totius 4 pollicum dimidium ad caudam pertinet: ſpatium inter pedum par geminum eſt pollicis 1 et $2\frac{7}{10}$ linearum; pedum anteriorum longitudo $5\frac{3}{10}$ linearum, poſteriorum fere 5 linearum: digitus penultimus longiſſimus, pollex breviſſimus: eadem digitorum poſteriorum ratio. Squamae corporis totius rotundatae, in cauda tamen ubique magis rhomboideae. Venter immaculatus, in collo utrinque 3 vel quatuor ſeries punctorum; cauda tota punctis variegatur ſaturate fuſcis, in mediis ſquamis poſitis; quorum ſeries tres mediae in cauda inferna magis evanidae: caput tegunt ſcuta



Digitized by Google

14; ſcuta ſupraorbitalia ſenis minutis transverſim ſibi junctis conſtant, ſingula vel palpebrarum ſquamis. Scutum ſeptimum et duodecimum longum et triangulare; caput ab oculis in roſtrum anguſtum contrahitur; poſticam partem craſſitudo a collo et reliquo corpore non diſtinguit. Aurium foramina anguſta tympanum abſcondunt; cauda ſenſim attenuatur. Digitorum faciem infernam etiam ſeries punctorum variegant; ſola humerorum facies inferna immaculata: dentes conici, aequales. Linearum dorſalium colorem in majoribus exemplis fere magis flavidum quam album reperi. Minuti et junioris animalis exemplum una cum majoribus transmiſſum dorſi medii lineas ſex laterumque utrinque quaternas ſaturate fuſcas gerebat, taenia lata flava ſeparatas; corporis caudaeque facies inferna abſque lineis; ſupra lineae ultra initium caudae mediae parumper excurrunt: in collo ſuperiore lineae 4, quarum duae utrinque extimae in duas mox finduntur. Tota mihi diverſitas in eo ſita videtur, quod puncta hic per lineas continuantur; in majoribus autem ſuccreſcente aetate ſquamarum magnitudo aucta puncta ipſa ſeparat.

Ceſtiana ſpecies *Tiliguga* Dicta p. 21, cum hac ſpecie punctis ſaturate fuſcis corporis ſuperni plane convenit, craſſitudine diverſa,

uti

uti colores eam ſegregant a ſpecie *Mabouja* dicta a Gallo Cepede.

*Quinquelineatus.*

*Capitis et dorſi nigri lineae 5 albae, media in capite anteriore bifurcata.*

Notitiae Linnaeanae a Doctore Garden ex Carolina transmiſſae addo notas has in exemplo *Lampiano* animadverſas. Digiti tenuiſſimi albo anulantur, humeros ſtria alba ſupra ſignat, uti marginem poſteriorem femorum et tibiarum linea alba. Media dorſi linea in capite bifurcata, furca in apice roſtri coeunte. Exemplum doctiſſimi *Heyeri*, Pharmacopolae Brunovicenſis, pedes anteriores cum digitis albo punctatos habebat, cetera ſimile. Notitia ex Carolina ad eundem Heyerum miſſa cum animalibus dorſum nigrum lineis quinque albis diſtinctum, ventrem flavum, caudam caeruleam vivae duntaxat lacertae narrabat: Caerulei coloris veſtigia etiam nunc agnoſcere licet: idem caudae color ſuggerit ſuſpicionem eandem eſſe lacertam, quam Piſo p. 283. et Marcgravius p. 238. *Americima* dicunt, quamque picturae Principis Mauritii Naſovienſis Tomi I. fol. 431. ſub nomine *Ametiguàya* pictam ſiſtunt; verum dorſum lineae duae tantum diſtinguunt

guunt. Forte Linnaei faſciata lacerta Caro-linenſis hinc non multum abludit.

*Trilineatus.*

*Corporis fuſci lineae 3 albae, caudae corpore paulo longioris ſquamae duplicis generis.*

Exemplum Muſci Blochiani fere 3 pollices longum, ſupra obſcure fuſcum, infra lucidius, caput ſimile gerit *lacertae quadrilineatae* Linnaei; digitorum poſticorum medius longiſſimus, ultimus a reliquis diſtat. Lineae dorſi tres albae poſt initium caudae coeuntes deſinunt: duae exteriores ſupra oculos excurrunt, media dorſum percurrit medium: caudae rotundae, corpore paulo longioris, anterior pars ſquamis rotundis, ut reliquum corpus, tegitur, altera ordinibus quatuor ſquamarum ſexangularum, ita ut ſuperior et inferior ordo ſcuta referant, laterales duo minores ſint.

Eandem ſpeciem Muſeum Huttuyni no. 153. his verbis deſignavit: *Lacerta ſcincoides lineata: tres in tergo lineae longitudinales, cauda longa, non deſcripta.*

*Gigas.*

Boddaertus in Novis Actis Curios. Nat. Acad. Vol. VII. p. 5. obiter Scincum Amboi-

nenſem

Digitized by Google

nenſem Gigantem memorat: quem eundem, niſi fallor, *Muſeum Geverſianum p. 9. no. 70.* *Lacertam ſtincum faſciatum, album, faſciis 19 nigris*, indigitat, patria Amboina animalis rari ſimul annotata. *Muſeum Huttuinianum* no. 152. haec habet: *Lacerta ſcincoides faſciata, Gemaenlyk Landkrokodil genaamd. Nuſquam deſcripta, cauda mediocri, ingens animal*: quae ad hanc eandem ſpeciem pertinere puto.

Poſtremo loco repetam, quas ſcincorum familia comprehendit Gmeliniana Syſtematis Editio lacertas duas, alteram ocellatam, alteram guttatam dictam.

*Ocellatam* Forſköl Faunae Arabicae p. 13. no. 4. publicavit cum nomine Arabico Sehlie, unde ductam notitiam mutilavit et corrupit Gmelin. Hunc enim ponere debebat caracterem: *cauda tereti brevi, corpore nitidiſſimo, ſquamoſo, depreſſo, ſubtus albo, imbricato, ſupra ex griſeo vireſcente: ocellis ſubrotundis radio fuſcis, diſco rectangulo albo.* Habitare dicitur in Aegypto ad aedes pulchella, ſpithamam longa, digitum craſſa: pedibus brevibus teretibus, pentadactylis, absque verrucis femorum (id eſt poris). Domeſticam vocat idem p. 8. nec dubito ad ſcincorum genus pertinere lacertam, pulchritudine *ſcinco variegato* parem.

*Guttatus*

Digitized by Google

*Guttatus* ex Lepechini Itinerario Tom. I. p. 317. verſionis germanicae repetitus, *corpore ſupra glabro, pedibus pentadactylis, unguiculatis, cauda tereti longa, maculis quatuor transverſis et apice nigris, corpore ſupra cano albido guttato, ſubtus albido* a Gmelino notatus eſt. Habitat in deſertis campis Uralenſibus ultra 3 pollices longus. Qui ſcinci formam ex brevi notitia vel adjecta icone in tabula 22. fig. 2. 3. agnoſcere velit, eum multo magis in dignoſcendis animalium amphibiorum formis notis atque inuſitatis tritum atque exercitatum eſſe oportet, quam ipſe de me praedicare auſim.

Subjungam nunc ex Muſeo Houttuyni notitias aliquot, quas olim viri docti copiis amphibiorum beatiores, et ad quos cimelia Huttuiniana lege venditionis pervenerint, in ordinem redactas ad ſuas ſpecies referent. Ibi igitur ſub numero 154 haec leguntur.

*Lacerta ſcincoides unicolor. Forte pertinet ad auratam, et maxime convenit Scinco maximo Americano Sebae II. tab. X. fig. 9. at caudâ non tam longâ.*

*No.* 155. *Lacerta ſcincoides coeruleſcens. Solo colore differre videtur a praecedente. Latas habet zonas coeruleas.*

*No.* 156. *Lacerta ſcincoides cinerea.*

Cha-

Digitized by Google

# Chamaeſaura.

*Genus lacertarum novum, artificiale, ſtatura humili pedumque gracilium tenuiumque, et interdum utrinque disſitorum brevitate affine ſcincis: defectu vel mutilatione artuum vel priorum vel poſteriorum ſpecies quaedam transitum ad angues parant.*

Digitized by Google

# *Species.*

## *Chalcis.*

*Corpus ſuperne lineis duabus aereis diſtinguitur, junctis utrinque nigris.*

Apud Ariſtotelem h. a. 8, 24. et ſeriores ſcriptores graecos *chalcis*, *chalcidica lacerta*, *aerea lacerta*, *ſeps*, *zygnis* et *pingalus* audit, veneni morſu jumentis inprimis equis illati crimine infamis. Lacertas parvas corpore caecilias ſerpentes colore referre ait Stagirita; longitudinem 16. digitorum, dorſi lineas aereas, patriam Libyam, Syriam et Cyprum asſignant Scholia Nicandri ad Theriacorum verſum 871, cujus loci Paraphraſtes Eutecnius lacertam aeream colore appellat. Scriptores rei ruſticae romani chalcidem Graecorum caeciliam interpretati eodem veneniſicii crimine accuſarunt. Graeci nominis veſtigia forte latent in vernaculo Sardiniae *Cicigna*, ſub quo deſcripſit Cetti p. 31. quanquam is Linnaei Lacertam ſepem comparat, a quo tamen diſtinguit nota trium digitorum, ſquamarum parvarum

Digitized by Google

varum et rotundarum, denique lineae viri-deſcentes aereae et nigrae totum corpus ſuperne percurrentes, quarum mentionem facit Cetti, omiſſa etiam L. ſepis cauda verticillata. Noxiam jumentis cum gramine devoratam beſtiam vulgus etiam Sardum habet. Longitudo maximi omnium exempli, quod Cetti vidit, aequabat 12 pollices, 3 lineas, craſſitudo ad 12 lineas nondum accedebat. Dimidium longitudinis cauda habet acumine tenui terminata.

Cepede corporis ſquamas rhomboideas, dorſi lineas duas lucidas nigro utrinque marginatas, pedum breviſſimorum et a ſe longiſſime diſſitorum digitos unguesque ternos memorat.

Imperati primus ſub nomine *Cecella*, quod cum angue commune habet, deſcripſit et pinxit p. 917. Habitare ait prata paludoſa Campaniae, nec ante ſolem orientem caverna prodire; longitudinem aequare duos palmos, colorem pullum ad nigrum vergentem; corpus lubricum et agile ad curſum; pedes longe a ſe invicem diſſitos: vivos parere foetus, non ova. Fabius deinde Columna poſt Ecphraſin in Obſervat. de Animal. c. XVI. p. XXXV. picturam a ſe olim Imperato oblatam repetiit tab. 36. recte comparatis ſepe et lacerta chalcidica Dioſcoridis.

Quam

Digitized by Google

Quam in litore arenoſo Liburni repererat lacertam, ipſe Rajus Synopſ. Method. Serp. 272. magnitudine et colore a lacerta Columnae differre affirmavit. Denique lacertam a Gronovio Zoophyl. no. 43. et a Voſmario in Monographia anni 1774 deſcriptam genere diverſam eſſe, in hiſtoria ſcinci ſepis docebitur.

*Cophias.*

*Corporis ſquamae anulatim poſitae, cauda corpore longior, aures deſunt.*

Exemplum, quod primus Cepede deſcripſit et pinxit in tab. 32. a priore ſquamis anulatim corpus cingentibus, cauda corpore longiore, pedibus etiam brevioribus tridactylis et defectu aurium diſtinguit, *Chalcide* appellans, quod ego nomen alio pertinere cenſeo. Exempli *Lampiani* collum anuli ſquamarum 7 corpus 38 (Cepede 48 numeravit) caudam 82 cingunt: caput quatuor ſcutis tegitur ſuperne, duobus ſingillatim poſt naſalia, et duobus poſt oculos ſitis; anum deſuper cingunt ſcuta 2, medio parvo interſerto, quibus anuli corporis tres ſquamarum reſpondent ſuperne, juxta pedes poſteriores parum longiores.

*Anguinea.*

*Corpus ſquamis carinatis laxis horret, cauda corpore duplo longior.*

In Editione X poſuerat Linnaeus *lacertam cauda extrema rigidula, corpore ſtriato, pedibus pinniformibus* laudata Sebana pictura II tab. 68. f. 7. 8. ſibi non viſam; unde Laurenti p. 64. effecit *Chalcidem pinnatam*, pedibus quatuor monodactylis, auribus nullis. In Editione XII Linnaeus *caudam verticillatam* in caractere addidit, cum *pedibus adactylis ſubulatis;* ſubjunxit deinde deſcriptionem, ubi aures transverſae, corpus teres longiſſimum, verticillatum, ſquamae carinatae, anus transverſus, cauda corpore duplo longior, caput depreſſiusculum, pedes ſex, anteriores anguſtiores tecti ſquamis ſubacutis annotantur, nominavitque extremum A. Voſmaer, cujus Monographia anno 1774 in tabula I pinxit hanc ſpeciem. At is pedes quatuor muticos tribuit, digitorum non meminit. Gmelinus Voſmarii mentionem neſcio quam ob cauſam omiſit in nupera Syſtematis Editione. Cepede Voſmarii deſcriptionem ignorans ſpeciem hanc cum ſepe ſua conjungere fruſtra tentavit.

*Abdominalis.*

Digitized by Google

*Abdominalis.*

*Pedum diſſitorum digiti quini.*

In Novis Comment. Societ. Stockholm. Vol. VIII. p. 119. tab. 4. f. 4. Thunbergit deſcripſit et pinxit novam hanc ſpeciem, quam cum ſua Sepe conjungere iterum fruſtra Cepede tentavit. Caput et cauda breviſſima extrema glabra et parumper acuta, corpus teres, aequale; pedes diſſiti.

*Propus.*

*Corporis ſquamae quadratae ſulco laterali diviſae, pedes poſtici deſunt.*

Primus hanc ſpeciem ex regno Mexicano allatam ſub nomine *Le cannelé* deſcripſit et pinxit in tabula 41 Cepede. Squamae anulatim corpus caudamque breviſſimam, fine craſſo et rotundo, cingunt, fere quadratae, in lateribus utrinque ſulco ad anum usque excurrente diviſae. Aurium foramina nulla; pedum anticorum digiti quaterni unguibus curvis, cum rudimento quinti digiti; ſupra anum 6 papillae perforatae adſunt; in quo

 refert

Digitized by Google

refert Amphiſbaenam, ſulco laterali Anguem ventralem et lacertam ſepem Linnaei, lacertam apodem Pallaſii, et ſtincum novum a me deſcriptum.

Poſtea eandem ſpeciem ſub nomine *lacertae lumbricoidis* melius deſcripſit et pinxit in tabula 212. Schaw in libro *The Naturaliſt's Miſcellany*. Seorſim etiam anterior et inferior pars corporis picta labiorum ſquamas magnas et abdominis ſcutorum 2 ordines quadratorum, qualia fere ſunt generis Sepum a me vocatorum.

### *Apus.*

*Corporis ſquamae oſſeae fere quadratae ſutura ſeu ſulco laterali diviſae, juxta anum veſtigia pedum poſteriorum, priores deſunt, caudae ſquamae oſſeae carinatae.*

Primus egregie deſcripſit et pinxit in Novis Comment. Petropolit. 19. p. 435. in tabula 9. Pallas; ſiccatum exemplum ipſe disſecui, ſingulasque interni corporis partes cum picturis Pallaſianis et ceteris lacertis comparavi. In quinque magnis Muſei *Barbyenſis* exemplis

plis pedum veſtigia juxta anum diſtinguere potui oculis, non item diviſionem horum digitorum, quam Pallaſius annotavit.

*Bipes.*

*Corporis ſquamae puncto fuſco notatae, caudae apice glabro, pedes antici nulli poſtici breviſſimi, mutili.*

Linnaeus primus in Muſeo Fr. Adolphi I. p. 21. deſcripſit et in tabula 28. fig. 3. pinxit ad Angues referens et comparans Sebanas picturas I tab. 53. fig. 8. tab. 86. fig. 3. Sed Seba colorem prioris exempli ſupra fuſcum infra flavum, caudam acutiſſimam, rigidam dixit. Pictura caudam excoriatam oſtendit, qualem in ſuo exemplo vidit Linnaeus. Contra tab. 86. fig. 3. caudam longiorem habet. In neutra figura didactyli pedes poſtici apparent, ſed ſtyliformes et adactyli. Linnaeus pedes poſticos inaequaliter didactylos muticos vidit; corporis ſquamas ſupra per longitudinem fuſco puncto notatas. Linnaei verba repetiit Laurentius p. 67. cum nomine *anguis bipedis*, in cujus ventre Linnaeus ſquamas

Digitized by Google

mas 100 in cauda 60 numeraverat, Linnaeum erroris arguere voluit Hermann Comment. Tabulae Aſſinit. p. 265. et genitalia propendentia juxta anum pro pedibus duobus habita ab eo eſſe ſuſpicatus eſt, neſcio quam ob rem. Hic denique eſſe mihi videtur Gronovii in Zoophyl. no. 44. p. 11. Scincus pedibus poſticis breviſſimis ſubulatis monodactylis, anticis nullis, cauda trunco fere dimidio breviore, cylindrica, ad apicem glabrum et nudum conica. Per dorſum ac latera lineae aliquot nigrae excurrunt; abdomen albeſcit; longitudo eſt 4 unciarum.

Sed in Linnaeano exemplo aurium veſtigia nulla adfuiſſe debent, alioquin ad angues non retuliſſet etiam in poſtrema Editione Syſtematis. Quibus contra auctoribus Gmelinus in ſua ad lacertas retraxerit, equidem nullibi annotatum reperi. Potuit ſane Linnaeo in angue bipede accidere, quod in quadrupede; erroriſque cauſam potuit exempli tractati parvitas continere. Cui ſuſpicioni fidem poteſt facere ſequens narratio. In *Muſeo Lampiano* beſtiolam fere 6 pollices longam reperi, cujus dimidia pars caudam continet. Corpus ſupra albicans linea fuſca dividit, infra dilute fuſcum; caput utrinque et ſubtus fuſcum albo ſtriatum; aurium veſtigia

Digitized by Google

ſtigia nulla reperire potui. Squamae omnes aequales, rotundiuſculae corpus tegunt, caput ſcuta ſimilia anguium ſcutis; latitudo maxima capitis 2 lineas paulo ſuperat, cauda ſenſim gracilior in mucronem obtuſum deſinit. Anus a pedibus poſterioribus remotus diſtat longo intervallo, trunci nempe parte quinta: pedes ipſi in medio abdomine ſiti, et communi quaſi petiolo inſidentes, vix lineae longitudine ſquamis ventralibus eminent exſerto fine fiſſo in duos tresve digitos, quorum tamen numerum et formam propter parvitatem agnoſcere eſt difficillimum.

Similem forte Linnaeus olim viderat et ad anguium genus retulit. Forte huc pertinet anguis a Laurentio ex Muſeo Turriano ſub nomine *Anguis lineatae* deſcriptus.

*Ventralis.*

*Sutura lateralis trunci, cauda corpore triplo longior, corpus apus.*

Hujus hiſtoriam notasque inter angues reperies, quo fuerat relatus a Linnaeo. Poſt-

ea

Digitized by Google

ea aurium foramina annotavit Britannus Gray, propter quae poſtremo huic generi accenſenda beſtia, mihi nondum viſa.

---

Boa.

# B o a.

## Genus II. ſerpentum Linnaeanum, naturale, omnium maximum adeoque immane.

### Charatteres generici.

*Caput ſquamis aequalibus minutis aut ſcutis irregularibus aut utroque genere ſimul tectum, ante oculos utrinque contrahitur in roſtrum obtuſum; labiales ſquamae fere ſemper excavatae, gula extus foſſa glabra per longitudinem mediam exarata, ceterum ſquamis minutis tecta; oculi nares et dentes utriusque maxillae anteriores magni; corpus cum cauda brevi, incurvata et plicatili, compreſſum; venter anguſtus ſcutis anguſtis tectus; cauda modo ſcutis modo ſcutellis, interdum utroque genere ſubtus tecta: juxta anum eminent aculei curvi, retractiles intra ſquamas, utrinque unus.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Generis characterem Linnaeanum falſi coarguit, quod jam olim *Huttuinus* (p. 389. operis Belgici) meminit colubri ſub nomine *Tj erri-Tjerri Slang* emti, qui ſcuta ventris 199 gerebat; in cauda primum 4 ſcuta diviſa aderant, deinceps 6 integra, iterum 64 diviſa. Deinde *Weigel* (p. 15. no. 10.) Colubrum deſcripſit cum ſcutis caudae 83 integris; poſtea *Merrem* geminum colubrum cum caudae ſcutis integris et diviſis permixtis pinxit Faſciculi II in tabula 3 et 4.

Laurenti, qui nullibi ſcutorum rationem habuit, genus Linnaeanum in duo diſpeſcuit; quorum alteri *Boae* ſub nomine caput depreſſum, ab anteriore parte ſupra ſcutis tectum, et ſquamas labiales excavatas tribuit; (p. 88.) alteri ſub nomine *Conſtrictoris* caput ſquamis minimis tectum et roſtrum anguſtum caninum aſſignat (p. 106) Cujus diſtributionis errorem demonſtrat *Boa exigua*, Linnaei Hypnale, a Laurentio priori generi aſſignata.

*Boddaertus*, quem nuperrima Linnaeani Syſtematis Editio ſecuta eſt, ſeparavit genus Lin-

Linnaeanum in duas quaſi familias capitis ſcutis aut ſquamis diſtinctas. Notam ſtatim coarguit Boa canina Linnaei, quam Boddaertus familiae priori inſeruit ſquamis capitis diſtinctae, cum tamen ea anteriorem capitis parte ſcutis obſitam gerat.

Denique Britannus *Gray* notam praecipuam generis in capitis anterioris compreſſione laterali et in roſtrum productione reperiſſe ſibi viſus eſt. (Philoſoph. Transactions Vol. 79. P. I. p. 21—36)

Conſtantiſſimam equidem generis notam ex ſcriptoribus Itinerariorum repetitam confirmavi in Specimine Phyſiologiae altero anno 1792 edito p. 46. 47. aculeos videlicet duos, retractiles intra ſquamas, juxta anum utrinque unum, appoſitos. Ex illo ſcripto, quamquam non nominato repetiit anno 1792 notam *Bechſtein*, auctor libri germanico idiomate ſcripti, *Kurzgefaſste gemeinnützige Naturgeſchichte*, Vol. I. P. I. p. 598.

Exemplum boae conſtrictoris diſsectum monſtravit mihi oſſiculum, cui indutus aculeus corneus unguem accipitris parvum refert, inter peritonaeum et coſtas ſitum utrinque oblique non cum ipſis coſtis conjungi, ſed muſculorum ope firmari, adeoque et protrudi et retrahi pro lubitu beſtiae. Praeterea fabrica coſtarum, ab initio tantum leniter curvatarum

vatarum, et vertebrarum, ſpina alta inſtructarum, et utrinque valde devexarum. Convenit cum forma corporis compreſſi et anguſti. Cranii oſſa ſingula inprimis maxillae firmiores ad vim majorem idoneae ſunt.

Cranium cum 12 vertebris et coſtis adhaerentibus, maxillas etiam, vertebras et coſtas ſeparatim ex ſpecie ignota Ceylanica hujus generis pinxit Sebani Theſauri II tab. 108, cui ſimillimam habet in Knorrii Deliciis ſelectis naturae tab. LVIII, ut exſcriptam ex Sebana diceres, niſi vertebrarum a coſtis ſeparatarum et deſuper et ab inferiore ſuperficie conſpiciendarum, gemina pictura acceſſiſſet. Verum has figuras pictor pro more iſtius ſcholae Norimbergenſis ineptis coloribus ita oblevit, ut lineas extremas oſſium formaeque totius cranii multo difficilius quam in Sebana pictura agnoſcas.

Genus Aſiae, Africae et Americae commune antiquitas graeca ex fabuloſis nautarum et comitum Alexandri narrationibus noviſſe videtur. Vetuſtioris tamen relationis hoc habet veſtigium Ariſtoteles h. a. 8, 28. In Africa, inquit, magnitudo anguium naſcitur immenſa, ſicut et fertur. Jam enim nonnulli, ubi triremi applicuiſſent, oſſa boum multorum vidiſſe narrant, quos abſumptos eſſe ab anguibus non dubitarent, cum triremes provectas

vectas in altum quam primum angues inſequerentur, et nonnulli aggreſſi triremem everterent. Poſtea Megaſthenes Plinii 8. c. 14. ſcripſerat in India ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcere, ut ſolidos hauriant cervos taurosque. Cujus ſcriptoris fidem alibi quanquam ambiguam confirmat tamen Andreae Cleyeri teſtimonium in Epiſtola ad Chr. Mentzelium ex India orientali data et inſerta Ephemerid. Natur. Curios. Decadis 2 anno 2. 1683, p. 18, qui in disſecto boa cervum juniorem, in altero aegagrum, in tertio hyſtricem invenit. Cujus ex relatione cum Gallus La Cepede maximam fere partem doctrinae de victu et moribus hujus generis excerpſerit, operae erit pretium totum viri ſuo aevo doctiſſimi locum huc transferre.

„ *In Amboina, pergit, quondam mulier incola gravida a ſerpente inſucta fuit. Liceat hoc vocabulo uti, quod exprimere videtur modum, quo ſerpentes hi animalia quaeque tanquam ſugendo deglutire ſolent. Fame videlicet maceratus ſerpens quibuscunque animalibus, quae ſaltu petere et morſu apprehendere valet, inſidiatur. Captum hoc modo animal a ſerpente cauda et reliquo corpore circumligatur atque adeo ſtricte vincitur, ut vel ipſa in corpore animalis oſſa frangantur et comminuantur. Quod ſi animal aliquod robuſtius renititur,*

Digitized by Google

*renititur, ut ſpiris anguineis enecari non poſſit, ſerpens crebris cum animale convolutionibus cauda ſua proximam arborem in auxilium et robur corporis arripit, eamque circumdat; quo fortius gyris ſuis animal comprimere, ſuffocare et enecare poſſit. Simul autem apprehendit morſu nares, quo ſpiritum non tantum intercludat ſed ut ſanguinem inde ad internecionem usque eliciat. Ita factum eſt, quod a fide digniſſimus accepi, ut in regno Aracan ejusmodi ſerpens prope flumen quoddam cum urobubalo immani ſpectaculo congreſſus ſit, eumque iſto modo occiderit: quo in conflictu fragor oſſium in bubalo comminutorum ad diſtantiam eam, quousque globus ex tormento bellico majore pertingere poteſt, a ſpectatoribus ſat eminus ſtantibus exaudiri potuit. Jam modum enarrabo, qui fiat, ut ſerpens praedam non particulatim diſcerpendo ſed integram et cum ipſis oſſibus deglutire valeat. Gulam et fauces ultra modum extenſibiles habet; itaque cum animal modo dicto occiderit, atque oſſa ejus minutiſſime confregerit, lingua cadaver prius extendit, deinde ſaliva virulenta oblitum quaſi fingit et ad deglutiendum aptum facit ſecundum pilos lambendo, ut cadaver procul veluti glutine obductum reſplendeat. Quo facto incipit ſerpens rictu ſuo cadaveris caput apprehendere et ſuctu fortiore*

*quaſi*

*quaſi abſorbere, donec animal interemtum cum omnibus partibus paulatim in ventriculum deſcenderit. Huic labori pro cadaveris mole ſerpens aliquando ultra biduum inſumit. Poſtquam cadaver tali inſuctu ſeceſſit in ſerpentis ingluviem inibique tanquam ſepultum jacet, ſerpens tali quaſi crapula inſigniter turgidus adeo invalidus redditur, ut nec pugnare amplius, nec aufugere, nec movere ſe de loco valeat. Hinc fit, ut a ruſticis et venatoribus ſolo laqueo circa collum adſtricto ſerpens tuto ſtranguletur et non raro fuſtibus occidatur. Interemtus ita ſerpens in fruſta ſecatur, caroque per civitates venalis portatur, quarum ab incolis in gratum emitur cibum, abjecto tamen capite tanquam ſumme noxio. Eorum namque dentes ajunt verſus palatum veſiculas habere veneno plenas, quibus, dum mordent, ruptis, in vulnus emanare virus, quod ſanguini admiſtum ad cor cum eo deferri atque ita hominem et animalia ſuffocare.* Quas tamen veſiculas ſe non inveniſſe teſtatur Cleyerus, cujus narrationi medicus Chr. Mentzelius ibidem ex teſtimonio Johannis Mauritii Principis Naſſaviae ſubjungit in Braſilia ſerpentes hos ſuper truncis arborum in gyros circumvolutos eminus tanquam e ſpecula praedam advenientem obſervare, et

animal

animal forte praeteriens ſpiris ſubito ſolutis ſagittae inſtar impetere atque enecare.

Cleyerianae notitiae de Indicarum boarum moribus teſtimonium de Africanis Galli doctiſſimi Adanſoni, a cive ejus La Cepede plane neglectum, ſubjungam ex Itinerario Senegallico converſum. Is juniorem beſtiam plus quam 3 pedes longam vivam contemplatus colorem corporis ſplendentis ſordide flavum edit, taenia lata atra dorſum percurrente, variis maculis irregularibus flavicantibus obſita: caput oblongum, ad rotundam formam appropinquans. Poſtea duas majores vidit, quarum una 22 pedes longa, 8 pollices lata dentes plus quam pollicem dimidiatum longos, validos et acutos gerebat: exuviae expanſae; 25 ad 26 pollices latitudine aequantes, colorem ex nigricante cinereum, ſtriis flavis leviter miſtum monſtrabant.

Victum et inſidias, quibus praedam beſtia asſequitur Aethiopes et venatores coloni Gallo Adanſono quaerenti ita narrabant. Loca humida et aquarum viciniam beſtiam frequentat; capite erecto cum anteriore corporis parte, poſteriore autem cum cauda in circulos diametro 5 ad 6 pedes aequantes convoluto, undique praedam immotus circumſpectat: quam cum attingere potuerit, ſtatim ſe ejaculatur, inſilitque tauro, anthalopi vel

 aegagro,

aegagro, quos dentibus exſertis primum lancinat, deinde toto corporis tractu involutos ſtrangulans oſſa omnia confringit et comminuit: poſtea particulatim ab anteriore parte praedam faucibus arreptam et ſaliva oris ſpumea imbutam deglutit: minora animalia integra devorat: captat etiam colubros, lacertas, bufones et locuſtas; hominem non facile aggreditur, nec adeo magnam armentis noxam infert, quoniam ſui corporis magnitudine monſtrum ubique proditur. Ideo Aethiopes ei parcunt: forte occiſi carnes lubenter edunt.

Cum hac narratione plane convenit relati Galli *F. Pagés*, Nouveau Voyage autour du Monde Tome 3. p. 180. ita ut fere dubitem, ſua an aliena fide tradiderit mores beſtiae.

Venationem propter carnes et fellis uſum ad morborum multorum curationem expetitum inſtitutam in Aſiae regione Carajam narravit Paulus Venetus Libri II cap. 40, unde ſummam paucis repetam. Habitat, inquit, beſtia immanis ſpeluncas et antra montium, quae ſaturata cibo ſubire ibique interdiu requieſcere ſolet. Noctu egreſſa genus omne animalium captat, leonesque adeo atque urſos inſectatur. Viam ad antrum redeuntis ſignat ſulcus profundus arenis impreſſus: quo indicio cognita ferae latebra tribulos fer-

reos

Digitized by Google

reos multos in vicinia venatores defixos arena abſcondunt: quibus impacto et vulnerato corpore ſerpens a venatoribus inſidiantibus facile occiditur.

Ponam nunc Plinii locum libro 8. c. 12. cujus fides dubia antea recentiorum Itinerariorum narrationibus demum confirmatur. *Maximos*, inquit, *elephantos fert India, bellantesque cum iis perpetua discordia dracones tantae magnitudinis et ipſos, ut circumplexu facili ambiant nexuque nodi perſtringant. Commoritur ea dimicatio, victusque corruens complexum elidit pondere. Una adſcendendi in tantam altitudinem difficultas draconi. Itaque iter ad pabula ſpeculatus ab excelſa ſe arbore injicit. Scit ille imparem ſibi luctatum contra nexus: itaque arborum aut rupium attritum quaerit. Cavent hoc dracones, ob idque greſſus* (pedes Solinus c. 25) *primum alligant cauda: reſolvunt illi nodos manu* (i. e. proboſcide). *At hi in ipſas nares caput condunt, pariterque ſpiritum praecludunt et molliſſimas lancinant partes. Iidem obvii deprehenſi in adverſos erigunt ſe oculosque maxime petunt. Eſt et alia dimicationis hujus fama. Elephantis frigidiſſimum eſſe ſanguinem: ob id aeſtu torrente praecipue a draconibus expeti. Quam ob rem in amnibus merſos inſidiari bibentibus, arctatisque illigata manu in aurem morſum*

P 2 *defigere,*

*deſigere, quoniam is tantum locus defendi non poſſit manu. Dracones eſſe tantos, ut totum ſanguinem capiant: itaque elephantos ab iis ebibi ſiccatosque concidere, et dracones inebriatos opprimi commorique.*

Poſterior narratio ne ipſius quidem Alberti fidem et asſenſum mereri potuit. In utraque elephanti nomen et dimicationem miratio hominum fabuloſe finxiſſe et reliquarum ferarum nominibus ſubſtituiſſe videtur. Nihil enim ſimile de elephantis relatum ab iis, qui patrum noſtraque memoria Africam atque Indiam peragrarunt, usquam legere memini. Deinde falſum eſt, dracones ſanguinem animalium ſtrangulatorum ebibere: verum fidem non excedit, quod aquas aquarumque viciniam dracones habitare, et ingeſto cibo veluti inebriati torpere atque ita facile opprimi dicuntur. Credula hominum admiratio verum parumper depravavit.

Multo magis fabulam ſapit ſequens Plinii narratio ibidem propoſita. *Generat*, inquit, *eos et Aethiopia Indicis pares vicenûm cubitorum. Id modo mirum, unde criſtatos Juba crediderit. Aſachaei vocantur Aethiopes, apud quos maxime naſcuntur. Narratur in maritimis eorum quaternos quinosque inter ſe cratium modo implexos erectis capitibus veli-*

*ficantes*

*ſicantes ad meliora pabula Arabiae vehi fluctibus.*

Quod in Juba miratur Plinius, unde is dracones Aethiopicos criſtatos crediderit, id pertinet ad plures ſcriptores graecos et latinos, qui homonymia decepti criſtatorum, jubatorum et volantium notitias cum Indicis et Aethiopicis conſuſorum nobis tradiderunt. Diverſi etiam dracones Aeſculapio ſacri fuiſſe videntur. Quin ipſe Pauſanias Corinthiacorum cap. 28. Indicos et Libycos ſerpentes, qui 30 cubitorum longitudinem ſuperent, diverſos genere eſſe a draconibus Epidauro peculiaribus, colore fulveſcentibus, quos Aeſculapio religio ſacraverat. Nomen Indicorum draconum, quod vulgo in Pauſania *Megalaunae* ſcriptum reperitur, vitioſum et ex nomenclatura generis ſerpentini plane delendum eſſe librorum ſcriptorum comparatio nuper docuit.

Indicorum draconum et elephantorum inimicitias non nominato auctore ita enarravit Aelianus h. a. 6, 21. Dracones, inquit, haud inſcii ex arboribus elephantos decerpere ramos in cibo, in has ipſas arbores ſerpendo aſcendunt: deinde poſteriorem corporis ſui partem dimidiam arborum frondibus circumvolvunt, alteram partem anteriorem funiculi inſtar appenſam dimittunt. Eo cum acceſſit elephantus

elephantus ad arboris ſurculos decerpendos, draco in ipſius oculos inſiliens effodit: deinde anteriore parte voluminis collum ejus conſtringens poſteriore flagellans inuſitato et novo quodam laqueo ſtrangulat. Quae ſi vera ſunt, uſus caudae plicatilis et inflexae, ſimilis chamaeleontinae, uſus apparet, arborum videlicet truncis et ramis circumvolvendae, qua reliquum corpus firmatum quoquoverſum pendulum libretur. Eodem forte pertinet corpus utrinque compreſſum, quod eodem modo in chamaeleonte habet. Veritatem autem narrationis praeſtare videntur, quae undecunque congeſta poſuit Gallus La Cepede ſcriptorum teſtimonia, quibus ipſe confiſus atque Aeliani auctoritatem prorſus ignorans inſidias boarum plane eaſdem narravit p. 359.

Ceterum idem Aelianus Indicos dracones prodigioſae magnitudinis ab incolis religioſe cultos et in antris nutritos libri 15. cap. 21. refert. Cultum ſerpentium hujus generis religioſum apud multas Africae Americaeque nationes teſtantur multa ex patrum memoria et noſtrae aetatis Itineraria. Oneſicritus duos a rege Indorum Apoſiſare nutritos tradit apud Aelianum 16. cap. 39. unum 140 alterum 80 cubitorum: cujus regis nomen Strabo Biaſares vel Abioſares refert regnum ipſum in Indiae

Digitized by Google

Indiae montibus collocat. Immenſum draconem, Bachi ſimulacrum, cui Indi ſacrificarent, Taxiles Indorum rex Alexandro oſtendiſſe traditur a Maximo Tyrio Sermone 38.

Aethiopicorum draconum magnitudinem ad triginta orgyias procedere tradit idem Aelianus 2, 21. atque elephantorum ſtrangulatores ab incolis appellari addit. Ptolemaeo Philadelpho narrat libri 16. cap. 39. ex Aethiopia duo dracones allatos eſſe vivos, unum cubitos alterum longum: Evergetae adeo tres fuiſſe allatos, unum novem, alterum ſeptem cubitorum; tertium diu in templo Aeſculapii dedicatum ſtudioſeque ab Aegyptiis cultum fuiſſe. In quo loco numeros vitioſos eſſe, tertii etiam plane excidiſſe ſuſpicor. De iiſdem, niſi fallor, draconibus exſtat copioſior veraciſſimi ſcriptoris, Agatharchidis Cnidii apud Diodorum Siculum 3. c. 36 et 37. narratio, quam huc translatam ponam. Varia, inquit, et incredibili magnitudine ſerpentum genera deſertae Aethiopum et a feris occupatae regionis accolae narrant. Nam ad centum longitudinem cubitorum nonnullos ſe vidiſſe praedicant: narrationique fidei deſperatae aliam ſubdunt longe abſurdiorem. In campeſtri illa planitie belluas vaſtiſſimas, cum in ſpiras ſeſe colligunt, mutuo voluminum in orbem extuberantium auctu collis

ſpeciem

Digitized by Google

ſpeciem procul videntibus oſtentant. De maximis ſerpentini generis belluis, quas ipſe in caveis Alexandriam ad Ptolemaeum ſecundum allatas ex Aethiopia vidi, referam ſimulque venationem earum tradam. Venatores munificentia regis incenſi cum indagaſſent ſerpentem 30 cubitorum in ſtagnis morantem, qui caeteroquin ſpiris jacebat immotis, quamprimum vero beſtiae ad ſitim levandam illic accedere videbantur, ſubito exſiliens corpora illarum cum rictu oris correpta, tum ſpiris implexa tam arcte conſtringebat, ut nulla mali evadendi eſſet facultas. Cum igitur ob prolixitatem corporis et naturae ſegnitiem ſpes laqueis et catenis potiundi ſubeſſet, confidenti primum animo incurrunt, cunctis ad praeſentem uſum praeparatis. At quo propius accedunt, eo plus terroris homines invadit, cum oculos igni quaſi ardentes et exſertae linguae vibrationem ſtrepitumque immanem aſperitate ſquamarum et virgulta proculcante inceſſu excitatum, et enormium dentium magnitudinem aſpectumque oris truculentum et peraltum ſpirae orbem deprehendunt. Conſternati igitur timide laqueum caudae injiciunt; fera autem ſtatim converſa elato capite arripuit primum venatorem vivumque comedit; alterum procul ex ipſa fuga ſpirae nexu attrahit, et circumvolutus

cumvolutus ventrem nodo conſtringit, reliqui metu perculſi fuga ſaluti conſulunt. Tandem regiae liberalitatis ſpe metus experientiam ſuperante dolo et artificio, quod vis praeſtare non potuit, efficere conantur, commento hujuscemodi uſi. Opus vitile ex conferto junco contexunt, forma naſſis ſimile; tantaeque magnitudinis et capacitatis ut totam belluam contineret. Obſervato igitur latibulo ejus et exitus ad paſtum tempore ac reditu, quamprimum ad ſolitam ferarum venationem perrexerat, ſpeluncae oſtium praegrandibus ſaxis terraque obſtruunt, et in vicinia cuniculum agunt, in quo junceum illud rete obverſo ejus collocant, ut paratus in hoc belluae ingreſſus pateat. Hanc e paſcuis redeuntem continue ſagittarii et funditores equitesque non pauci cum buccinatoribus alioque apparatu excipiunt: appropinquanti vero et cervicem longe ſupra equites attollenti venatorum agmen nequaquam occurrere audet. Tandem terrefactam belluam et ad notum cubile ſe recipientem eatenus inſectantur, ne nimia provocatione magis irritetur. Dum vero praeſtructo cavernae oſtio appropinquat, ingenti ſtrepitu complodunt arma, omnique terroris genere exſternatam perturbant. Trepidans igitur beſtia ad apertum in propinquo oſtium profugit. Interea dum re-

ſolutione

Digitized by Google

ſolutione ſpirarum textum illud junceum impletur, quidam e veſtigio adequitant, qui orificium oblongum et ad hunc celeritatis uſum ſolerter comparatum, antequam ad exitum ſe bellua reflectat, vinculis obſtringunt. Mox naſſam illam praegrandem phalangibus ſuppoſitis levatam extrahunt. Tum coarctata intus beſtia immanes praeter naturam ſibilos edit, dentibusque juncos diſcerpens, et hinc inde ſe jactans, jamjam exſilientis ſpeciem praefert. Id extimeſcentes deponunt ſerpentem crebraque caudae compunctione ad partium dolore affectarum ſenſum morſus dentium avertunt. Illum denique Alexandriam deportatum regi donant, quem antea alimenti penuria paulatim mitigaverant, Ptolemaeus vero in ſpectaculum hoſpitum diligenter aluit. Quare Aethiopibus non omnis facile fides abroganda eſt, cum narrant tam vaſtos apud ſe angues conſpectos eſſe, ut non ſolum vaccas aliasque tantae molis beſtias deglutierint, ſed cum elephantis quoque conflictarint. Spirarum enim nexu crura illorum tam arcte implicare, ut movere ſe nequeant, arrectoque ſub proboſcidem collo caput ſuum elephanti oculis obvertere igneisque viſus radiis tanquam fulgetris excaecatos ad terram profligare profligatosque dilaniare. Hucusque Agatharchides, cujus narrationem

Digitized by Google

tionem variis modis mutilatam poſuit Gallus La Cepede p. 367. 368.

Pugnam horum draconum cum elephantis aliunde idem Diodorus ita libri 3. cap. 10. narrat. Hi, inquit, elephantos circa aquarum confluges magna vi adorti crura ipſorum ſpiris ſuis circumplicata tamdiu firmis nexibus coarctant, dum mole tandem fatiſcentes prolixa cum ſpuma procumbant. Tum carnes prolapſorum confertim illi devorant ob impeditum belluae motum facile victores. Quando conatus non ſuccedit aliqua de cauſa, ad paludoſam illam regionem juxta Nilum non inſequuntur elephantos. Angues enim hos immanes a campeſtribus refugere, et circa montium radices in longis convallibus et altis ſpeluncis verſari perhibent, nec loca conſueta et apta ſibi unquam deſerere.

Quibus caeli altitudinis et latitudinis terrarumque finibus circumſcriptum vivat hoc genus, difficile eſt conjectu, quoniam pauci ſcriptores aliter niſi quae fando inaudiverant de ſerpentibus his immanibus tradiderunt, et metus fere omnes ab inſpectione vel mortuorum abſterruit. Extat tamen in ſcriptis Graecorum narratio Metrodori, cujus particulam ſic excerpſit Plinius 8. c. 14.

Metrodorus circa Rhyndacum amnem in Ponto (in tantam magnitudinem adoleſcere ſerpentes

ſerpentes tradit), ut ſupervolantes quamvis alte perniciterque alites hauſtu raptas abſorbeant. Plura inde retulit Mela I. c. 19. Circa Rhyndacum, inquit, angues naſcuntur immanes, neque ob magnitudinem modo, ſed ob id etiam mirabiles, quod ubi in alveum ejus aeſtus ſolemque fugerunt, emergunt, atque hiant, ſupervolantesque aves quamvis alte et perniciter ferantur, abſorbent. Errorem Melae, qui draconem alveo fluminis immerſit, coarguit locus Aeliani 2. c. 21. ubi narratio Metrodori multo integrior et amplior exſtat. Phrygum, inquit, hiſtoria narrat dracones ad magnitudinem decem orgyarum procedentes ibi naſci, qui quotidie media aeſtate, verſus meridiem ex cavernis procedere ſoleant, et circa amnem Rhyndacum parte voluminis inferiore terrae inniti, reliquo erecto corpore, collo ſenſim extenſo et ore hiante volucres ſua aſpiratione tanquam amatoria illecebra ad ſe pertrahere: eas autem ex horum inſpiratione detractas in illorum fauces illabi. Et haec quidem illi ad occidentem usque ſolem faciunt: poſtea occultati redeuntibus a paſcuis ad ſtabula gregibus inſidiantur, magnamque ſtragem edunt, ipſos etiam interdum paſtores ſimul occiſos devorant. Hucusque Aelianus. Attracta oris hiantis velut illecebris animalia non mirabitur in Metro-

doro

doro qui fabulam eandem de bois Americanis (Hiſpani *Bobas* vocant) narratam olim ab Euſebio Nierenberg Hiſtor. natur. Americ. 12. c. 17. meminerit, repetitamque nuper a Mart. Dobrizhoſter Hiſtoriae Abiponenſium T. II. p. 388. verſ. germanicae, et a Jeſuitis Miſſionariis, quorum relationes publicavit anno 1785 Chr. Gottl. de Murr p. 271. repererit.

Mirandae draconum magnitudini ſidem ut faceret Plinius argumenta plura poſuit. Primum igitur, *Nota*, inquit, *eſt in Punicis bellis ad flumen Bagradam a Regulo imperatore baliſtis tormentisque, ut oppidum aliquod, expugnata ſerpens CXX pedum longitudinis. Pellis ejus maxillaeque usque ad bellum Numantinum duravere Romae in templo.* Ita Plinius ex Aelii Tuberonis hiſtoriis refert, unde eadem narravit Gellius 6. cap. 3. Pergit Plinius: *Faciunt his ſidem in Italia appellatae boae,* (*bouae* Codices ſcripti habent) *in tantam amplitudinem exeuntes, ut divo Claudio principe occiſae in Vaticano ſolidus in alvo ſpectatus ſit infans. Aluntur primo bubuli lactis ſucco,* (forte *ſuctu*) *unde nomen traxere.* Plinii etymologiam carpens Salmaſius boam ex Aeolico βύης pro δύης derivat et urinatorem interpretatur; credo quod Peſtus grammaticus *Boa*, inquit, *ſerpens eſt aquatilis, quem Graeci ὕδρον vocant, a qua icti*

*obturgeſcunt.*

*obturgeſcunt.* Sed difficile eſt hodie boam Italiae interpretari; et ipſius Indici Libycique et Americani draconis, quem Linnaeus Boam antiquo nomine vocavit, habitatio aquatica nondum extra omnem dubitationem poſita mihi eſſe videtur; niſi forte ſpecies quaedam peculiariter aquas pariter et continentem habitant. Unde factum ſuſpicor, ut Itinerariorum Americanorum ſcriptores multi genus hoc ſerpentum aquaticorum nomine ſignificarent. Contra Europaei Indiae orientalis coloni eosdem rupeſtres colubros vocare ſolent, quod antra et ſpeluncas montium ſubire et habitare dicuntur. Auget miraculum nec fidem narrationis Plinianae explicat, quod fando acceptum tradit nobis Hieronymus in vita Hilarionis cap. 33. *Siquidem*, inquit, *draco mirae magnitudinis, quos gentili ſermone Boas vocant, ab eo quod tam grandes ſunt, ut boves glutire ſoleant, omnem late vaſtabat provinciam, et non ſolum armenta et pecudes ſed agricolas quoque et paſtores tractos ad ſe vi ſpiritus abſorbebat.*

Nomen ipſum ejusque originis explicandae conatum fabulae occaſionem fingendae praebuiſſe ſuſpicor: nec me movet narratio apud Dionem Caſſium libro 5. p. 609. exſtans de bicipite dracone ad pedes 85 longo, in Hetruria ſubito viſo et fulmine occiſo paulo

ante,

Digitized by Google

ante, Antonii et Auguſti coitum, quem credula et ſuperſtitioſa augurum vatumque Tuſcorum natio eo portento ſignificatum fuiſſe putabat.

Obiter commemorari hic meretur anguis quinquaginta cubitorum pro Comitio publicatus a Caeſare Auguſto, quem citra ſpectaculorum dies ſi quando quid inviſitatum dignumque cognitu advectum eſſet, id extra ordinem quolibet loco oſtendiſſe populo romano narrat Suetonius cap. 43. In templo Jovis Olympii a ſe conſtructo Athenis dedicavit Hadrianus draconem ex India allatum teſte Dione Caſſio libro 69. p. 1164. Quibus argumentis plane confieri puto, notitiam draconum Indicorum et Aethiopicorum accuratiorem perveniſſe ad romanos praecipue ex eo tempore, quo Caeſares otioſi populi ſervitutem oblectare vario munerum genere ſtuduerunt.

---

Spe-

Digitized by Google

## *Species.*

*Murina.*

*Corpus glaucum, dorſi maculae geminae nigrae modo pares, modo impares poſitae, laterum maculae item nigrae, mediae albae; verſus ventrem maculae minutae punctis permixtae.*

Primum exemplum, quod vidi, et ingens Muſei *Rebeltiani* ſcuta ventris 263, caudae 58 habebat; alterum *Blochianum* multo minus ventris 261, caudae item 58 ſcuta habebat; utrumque erat ſimillimum picturae Sebanae II. tab. 98, item I. tab. 56. f. 4. quamvis Linnaeus tantum II. tab. 29. f. 1. camparaverit, et II. t. 98. ad Boam conſtrictorem quaſi varietatem retulerit. Verum haec capitis ſquamas minutas, illa noſtra anteriorem capitis partem majoribus ſquamis vel ſcutis irregularibus obſitam gerit. Squamae labiales excavatae ſunt; dentes maxillae inferioris anteriores multo etiam longiores et craſſiores quam ſimiles in ſuperiore maxillá poſiti; dentes mobiles juxta immobiles alterni poſiti et in eadem vagina conditi.

Gro-

Digitized by Google

Gronovii deſcriptio Muſei no. 44. apprime cum exemplis a me inſpectis convenit, nec minus cum tabula 98 Sebae Tom. II. Minus convenit pictura Sebana II tab. 23. f. 1. et II t. 29. f. 1. quippe ab exemplis minoribus expreſſae; tabulae 29. f. 1. maculas dorſales minores absque margine nigro habet. Contra Scheuchzeri tab. 606. Lit. A. colubrum a genere noſtro plane alienum deſignat. Muſeum Huttuinum p. 25. no. 189. numerat in exemplo aliquo ventris ſcuta 248. caudae 68.

Exemplum *Ludwigianum* Lipſiae caudae ſcuta 54 gerebat, ſimillimum Sebanae picturae I. t. 56. f. 4. quae tamen capitis ſcuta obſcura et caudae ſcuta diviſa gerit. *Ludwigianum* in ventris albi duobus locis ſcuta diviſa gemina, tertio loco tria diviſa gerebat. *Lampiana* tria exempla cum Linnaeana deſcriptione in Muſ. Fr. Ad. 2. p. 42. plane conveniebant, niſi quod, uti minus Blochianum, in medio dorſo extremo hinc illinc ſquamas magnas hexagonas minoribus intermixtas gerebant.

*Canina.*

*Color corporis viridis maculis albis transverſis diſtinguitur.*

Exemplum Blochianum unum ventris ſcuta 201, alterum 198, caudae 70, (primum diviſum) alterum 76 habebat; caput cordiforme, ante oculos in roſtrum productum, ſquamis ibi majoribus tectum; labiales ſquamae excavatae; dentes utriusque maxillae anteriores longiores et immobiles.

Gronovius boam Zoophyl. no. 136. capitis ſquamis minutis, labialibus excavatis deſcribit, ſcutis ventris 205, caudae 79, colore viridi ſupra, maculis albidis transverſis, quem ipſe cum Boa canina Linnaei comparat laudans picturam in Muſeo Fr. Ad. I. tab. 3. propoſitam. Idem tamen ſimul comparat Sebanas picturas II. t. 81. f. 1. et II. t. 96. f. 2. ex quarum priore Laurenti *Boam aurantiam* effecit, colore paulum diverſam, et ſquamis capitis anterioris non usque ad oculos pertingentibus. Contra altera Sebana pictura ſquamas capitis anterioris majores etiam inter oculos oſtentat, nares majores, labiales ſquamas integras nec excavatas. Hanc Laurenti plane cum Linnaeana convenire cenſuit et ad *Boam thalaſſinam* retulit, quam quidem ex ſola Sebana pictura deſcripſit. Denique nuper

Digitized by Google

per Merrem utramque Laurentianam ſpeciem eandem eſſe cenſuit cum Linnaeana hic deſcripta.

Habitare in Americae arboribus et ab indigenis adorari Rolandro auctore tradidit Linnaeus. Hanc eſſe puto viridem ſpeciem, quam humida regionum ad flumen Oronocum ſitarum habitare *Buio* vocatam tradit *Gilii* in Compendio relationis p. 219. In Surinamenſi colonia ad 15 fere pedum longitudine adoleſcere refert Phil. Fermini Deſcriptio Surinam. T. II. p. 211. verſionis germanicae.

*Hypnale.*

*Caput inter cordiforme et ovale medium, lineatum, ſquamae labiales excavatae, corpus flavidum faſciis albis fuſco marginatis cingitur per dorſum.*

Exemplum *Blochianum* cum deſcriptione Linnaeana in Muſ. Fr. Ad. 2. p. 41. et pictura Sebana II. tab. 34. f. 2. conveniebat. Sebanus annotator dentes huic eſſe negabat; cum in maxilla ſuperiore et exteriore priores tres utrinque dentes ſint longiores et craſſiores reliquis, ex iisque medius longe emineat. Pictura Sebana I videtur eandem ſpeciem oſtendere, quam Seba capitis latitudine veluti marem diſtinguit. Cum his picturis conve-

 nit

Digitized by Google

nit Scheuchzeri Tabula 628. E, quam Gronovius Zoophyl. no. 135. retulit ad boam, cujus ſcuta ventralia 209, caudalia 74 numeravit; caput totum ſquamis erat tectum minutis. Cum Linckianum exemplum ipſe inſpicerem et cum pictura no. 10. inter anecdotas et cum pictura Scheuchzeriana 628 E compararem, utramque inferiorem Sebana agnovi, et colores fere evanuiſſe in colubro ipſo vidi. Laurentius *Boam exiguam* propter parvitatem exemplorum hucusque deſcriptorum appellavit, quam ipſe nunquam vidiſſe videtur. Linnaeus corpus 1½ pedem longum compreſſum, griſeo et flavido colore variegatum ait. Boddaertus in Act. Nat. Cur. 7. p. 17. no. 4. *Boam flaveſcentem dorſi ocellis albis* dixit. In exemplo Linckiano capitis ſquamas aequales vidi, niſi quod in medio ante oculos 2 majores, juxta et ante has etiam aliquot aliae minores aderant. Corporis ſquamae pauſo minores; corpus flavidum faſciis albis mediis latioribus, colore obſcuriore marginatis, cingebatur.

Gronovianam boam cum tabula Scheuchzeriana 628. E. ad ſpeciem peculiarem ex notitia Gronoviana effictam et Iſebequenſem dictam retulit Gallus *Bonnaterre.*

---

*Hortulana.*

Digitized by Google

*Hortulana.*

*Caput areolis elegantiſſime pictum, dorſum lunulis fuſcis albo marginatis modo paribus modo imparibus, laterum maculae fuſcae rhomboideae.*

Primus Linnaeus in Muſeo Fr. Ad. I. p. 37. ſub genere Colubrorum deſcripſit, cui tamen jam tum ſpeciem boae ineſſe vidit. Igitur ſcuta ventris 290 poſuit; alter numerus 128 ſcutella id eſt caudae ſcuta diviſa ſignificare debet. Caput cordiforme, depreſſum, obtuſum, corpore latius, totum ſquamis minutis tectum aequalibus narravit; maxillam ſuperiorem ab anteriore parte rugatam, (i. e. excavatam) oculos grandes, nares transverſis foraminibus apertas, dentes anteriores utrinque longiores et grandiores, veneni ſuſpicione non carentes; corpus compreſſum cum cauda incurvata. Quae omnes notae in Boarum genus egregie conveniunt.

In gemino exemplo Linckiano picturam no. 17. inter anecdotas et deſumtam inde picturam Scheuchzerianam 661 fig. 9. ſtatim agnovi; cum quo convenit etiam pictura Sebana II. tab. 84. fig. 1. a Linnaeo laudata. Multo minus quadrat altera pictura II. tab. 7. fig. 1. cum ob alias cauſas tum propter oculos minores.

Exemplum

Digitized by Google

Exemplum *Lampianum* primum cum pictura Sebana conveniebat, coloribus quanquam floridioribus ornatum. Verum duo alia colorum varietate plane abludebant, ita ut ea ad ſpeciem diverſam referrem. Dorſum dilute fuſcum lunulae obſcuriores albo marginatae modo pares modo impares poſitae ornant. Cauda alterius ſcuta 119 gerebat, in ventre 280 numeravi, quorum 75, 76, 77, 78, ab ano numerans, diviſa reperi, ut in boa rhombeata.

Exemplum Muſei *Barbyenſis* grande et pulcherrimum dorſi lunulas utrinque cinctas habebat maculis fuſcis rhomboideis, quae faſcia emiſſa pertingebant usque ad ſcuta ventralia. Squamae dorſi medii magnae rhomboideae ſenſim verſus latera in oblongas anguſtias degenerant; juxta ſcuta tandem iterum majores rhomboideae ſed magis rotundatae apparent.

Tandem in exemplo altero tribus quartis minore ejusdem Muſei, ſed omnium pulcherrime picto, agnovi exempla antea a me viſa omnia, quae ad ſpeciem diverſam referre malebam, cum *Hortulana* Linnaei convenire praeter colores notis ceteris omnibus.

---

Con-

Digitized by Google

*Conſtrictrix.*

*Caput ſquamis minutis tectum, nares triangulares in ſcuto magno ſitae, ſquamae labiales non excavatae.*

Dico nunc eum, quem Séba I. tab. 36. f. 5. I. tab. 53. f. 1. et Merrem II. tab. 1. pinxerunt; eundem Scheuchzeriana tab. 746. f. 1. pingit, recte admonente Gronovio Muſei no. 43. Zoophyl. no. 134. qui in ſuo exemplo ſcuta ventris 240, in altero 248, caudae 54, in altero 60, numeravit. In Blochiano exemplo cauda primum 8 ſcuta, deinceps 6 ſcutella, poſtea 5 ſcuta, iterum 3 ſcutella, reliqua ſcuta integra, omnino 56, gerebat. Eandem denique Cepede in tabula XVI. f. 1. nuperrime pinxit. Exemplum hujus ſpeciei disſectum ſcuta ventris 241, caudae 58 gerebat: idem mihi ſitum et naturam aculeorum analium demonſtrabat.

Exemplum capitis ingens Muſei Goettingenſis nares ſitas in ſcuto naſali utrinque triangulares magnas oſtendebat.

Linnaeus in Amoenit. Acad. I. p. 497. numerum ſcutorum 240—64 edit, notam praeterea addit: *ſupra oculos caput utrinque in tuberculum elevatum:* mihi ambiguam, ſi ſingulum aliquod tuberculum ſupra oculos utrinque erectum, nec totam capitis formam po-

ſterioris

Digitized by Google

ſterioris tuberoſam intelligi voluit. Suſpicari etiam licet Linnaeum colubrum aliquem tum tractaſſe ſimillimum capite ei, quem Merrem deſcripſit et pinxit in tabula III Faſciculi ſecundi. Is enim plane eam capitis formam prae ſe fert, et caudam ſubtus ab initio ſcutis 38, extremam vero 13 ſcutellorum paribus tectam gerit.

*Scytale.*

*Dorſi maculae rotundae fuſcae geminatae, laterum anuli deorſum diſtracti, venter varius, caput ſquamis majoribus polygonis tectum.*

Linnaeus primum in Editione X primo loco Scytalen inter Boas collocavit cum numero ſcutorum 250—26, laudato Gronovio Muſei 2. no. 10. p. 55. et Scheuchzeri tab. 737. f. 1. magno argumento, eum totam notitiam a Gronovio tranſtuliſſe, cum nullo alio in loco Scheuchzeri picturas laudaverit. Habitare beſtiam ait in America; colorem ex albo nigroque undulatum dixit: ſquamas capitis majores eſſe. Gronovius colubro ſuo ſpeciem anguis tribuit, et maxillam inferiorem multo breviorem ſuperiore. In Zoophylacii no. 88. ipſe comparat Linnaei Boam Scytalen, ſed caudae ſcuta 70 numerat; praeterea ad novum

novum referre genus colubrum mavult ob capitis ſcuta magna polymorpha et multangula et caudam craſſam cylindricam. Deinceps Gronovius Zoophylacii no. 89 alterum boam priori ſimilem deſcribit, ſcuta 180--72 numerans, capite ut in Colubris ſcutato; quem Linnaeus et Gmelinus plane omiſerunt. Ex Gronovii Muſeo no. 10, non nominato tamen, *Anguem ſcutatam* cum tota notitia transtulit Laurenti p. 70, quod non animadverſum fraudi fuit Gmelino, qui Gronovii locum ex Muſeo cum Scheuchzeriana pictura primum ad Boam Scytalen Linnaei, deinde eandem picturam ad Anguem ſcutatum ex Laurentii libro translatum laudavit. Priore in loco addit ex Boddaerto *Boam albidam faſciis atris*, vel ut ſynonymum, cum ſcutorum numero 250—26, quem ipſum antea Linnaeus in Editione X poſuerat.

Toto, quod ajunt coelo, differt notatio Linnaei in Editione XII poſita et a Gmelino repetita, his verbis: Corpus ex cinereo, maculis dorſi orbiculatis nigris, lateralibus annulatis nigris, diſco albo, ventralibus oblongis, quaſi e punctis nigris concatenatis.

Talem in *Muſeo Blochiano* vidi ſcuta ventris 165, caudae infra 73 gerentem: dorſi maculae geminatae fuſcae rotundae, juxta poſitae aut alternantes: per latera ſeries anulorum

rum in longitudinem diſtractorum decurrit, interdum uno ſuper altero poſito: inferius maculae parvae connexae ventrem variegant. Animal quamvis recens natum, quod adhaerens ſaccus umbilicalis arguebat, omnes tamen generis notas cum unguibus analibus gerebat. Caput ſquamis majoribus polygonis, corpus parvis rhomboideis tegitur. *Murinus* aliquatenus huic ſimilis eſt.

Gronovii Scytale nec cum Scheuchzeriana pictura nec cum boa anguiformi, nec denique cum Linnaeana Scytale convenit, quamvis ab ipſo Gronovio cum hac poſtrema comparata; ſed ad Anguium genus pertinet, eodemque recte a Laurentio relata a nobis etiam inter Angues tractabitur.

*Cenchris.*

Hunc Linnaeus Surinami habitare ait, flaveſcentem ocellis albidis iride griſea diſtinguit, ſcuta 265 — 57 annotat in Editione X. Contra in Muſeo Fr. Adolphi II. p. 41. caput per longitudinem lineis 5 fuſcis ornatum, labia utraque crenata non excavata, corpus compreſſum, pedem longum, colore flavidum; dorſi maculas fere 60 albidas, circulo griſeo incluſas, interdum connexas; laterum maculas griſeas arcuatas ſuperne refert. Muſeum

Huttuinum

Digitized by Google

Huttuinum ventris et caudae ſcuta 260—60 numerat, et comparat Sebae II. tab. 98. quae plane ad naturam expreſſum ſiſtit Boam murinum, qualem ipſe vidi et antea deſcripſi. Boddaertus nihil aliud niſi Linnaei notas repetiit; igitur de ſpecie magnopere dubius haereo adhuc.

*Boam Orophiam* in Muſeo Degeeriano viſum Linnaeus facie conſtrictoris ſed fuſcum eſſe ait; ſcuta ventralia 281, ſubcaudalia 64 annotat.

*Boam Enydrin* ibidem viſam Linnaeus Americam habitare refert, variegatam colore griſeo: dentes inferiores eſſe longos, ſcuta ventralia 270, ſubcaudalia 105. Ad hanc Gallus Bonnaterre boam a Knorrio pictam cum ſceleto in *Deliciis Regnorum trium naturae* tab. 58 retulit, *murinam* ſed dubitabundus Gmelin.

---

Huc pertinere videtur coluber a Gronovio Muſei no. 11. deſcriptus, cujus ſcuta 212, ſcutella 70 numeravit. In Zoophylacio no. 90. forma, proportione et colore corporis plane congruere affirmat cum ſpecie a ſe ſub no. 43. deſcripta, quae eſt Linnaei boa conſtrictor, praeter capitis ſquamas et ſubcau-

dalia

Digitized by Google

dalia ſcutella: praeter ea atro alboque nebulatum eſſe. Laudat ibidem picturam Sebanam II. tab. 199. f. 2. in qua beſtiam agnoſcere non potui. Gmeliniana Syſtematis Linnaeani Editio nominat hanc ſpeciem Colubrum Sebae, laudatque Muſeum Gronovianum.

---

Muſeum Geverſianum p. 12. no. 109. refert colubrum ſtriatum faſciis ſtriis obliquis, capite boae, quem verſio gallica ibidem his verbis: *Couleuvre à taches transverſes blanches, la tête de Boa*, deſcribit. Pro nova ſpecie venditati tamen nec formam nec numerum ſcutorum ſcutellorumque notitia edidit.

---

Linnaei colubrum Molurum huc pertinere perſuadent fere mihi verba: *boae ſimillimus*, ſed ſcuta et ſquamae capitis majores ut in colubris. Numerum ſcutorum 248, ſcutellorum 59 Linnaeus poſuit: poſt eum qui accuratiorem beſtiae notitiam prodiderit, nondum reperi.

---

Colubro

Colubro atroci ſuo Linnaeus picturam Sebanam I. tab. 43 fig. 5. accommodare conatus eſt, ſed fruſtra. Primum animadvertere oportet, eundem colubrum reddi fig. 4 et 5 ipſo etiam Seba affirmante. Prioris caput ingens, oculos praegrandes, maxillas latas, dentes parvos et corpus compreſſum annotatione digna cenſuit. Alterius corpus ſimiliter compreſſum tradidit. Utramque picturam Laurentius Indicae dipſadi, quam vocavit, accommodare voluit, vel ut rectius dicam, notitiam Sebanam cum pictura fundum fecit deſcriptionis ſuae. Equidem in pictura agnovi caput ſquamasque dorſales ſexangulares magnas Pſeudoboae faſciatae, quam poſtea dicam. Verum Sebana pictura ſimul ſcuta ventralia anguſta cum corpore compreſſo monſtrat; corpus tamen ipſum nimis gracile et cauda longior pro boa eſſe videtur.

---

Errorem Galli *La Cepede*, qui Crotalum mutum Linnaei Boarum generi inſeruit p. 389. verbo indicaſſe abunde eſt. Transverſum tamen is egit civem ſuum *Bonnaterre*, nimis ubique obſequioſum.

---

*Ame-*

Digitized by Google

*Amethiſtina.*

*Capitis ſcutis magnis polygonis, colore corporis ex cinereo caeruleſcente, albo et nigro fuſcoque variegato, ſcutis ventralibus 306, ſcutellorum ſubcaudalium 100 paribus.*

Exemplum Muſei Blochiani notas omnes boarum habet, formam videlicet capitis, ſquamas labiales excavatas, dentes anteriores utrinque majores, corpus compreſſum, ſcuta anguſta, gularem foveam glabram, calcaria denique analia. Oculi ſunt magni: ſcuta capitis majora quam in reliquis fere omnibus, polygona et variae figurae. Scuta ventralia adſunt 306, ſcutellorum ſubcaudalium paria 100, quot in nulla alia ſpecie adhuc reperta fuere. Color fere cineris caeruleſcens, maculis minutis albis aliisque ex atro fuſcis fere faſciarum in morem variegatus. Pictam accuratiſſime olim exhibebo lectoribus.

Suſpicio mihi ſubnata eſt, eandem Boam deſcriptam eſſe a Libero Barone de Wurmb in Actis Societatis Indico-Batavicae, unde notitia converſa et inſerta legitur Promtuarii Phyſicae a Lichtenbergio procurati Vol. III. Partis III. p. 4 ſeqq. Quod ſi in ſpecie definienda falſus fuero, genus certe boarum notis

tis certiſſimis tenebimus. En tibi notitiam a viro docto traditam!

Coluber Javenſium maximus, *Ular Sawa*, id eſt, camporum oryziferorum habitator, appellatur. Dum humectos campos oryziferos habitat, eam non attingit longitudinem corporis, quam ſilvarum editae regionis incolae, ad pedes 30 interdum excreſcentes conſequuntur. Exemplum mox deſcribendum pedes 9 parum longitudine ſuperabat. Caput latum et planum, ſquamis variae figurae tectum: naſus craſſus, (roſtrum dicit) in quo paulum retrorſum ſitae nares oblongae. Pars antica naſi (roſtri) cute ſquamea tegitur, (ſcuto ſquameo, utrinque fovea oblonga excavato) in qua foramina duo oblonga patent, narium caninarum inſtar: juxta hanc naſi anticam ſquamam utrinque ſquamae quaternae foveis excavatae adſtant, quales Sebana pictura I. tab. 62 f. 2. conſpiciendas exhibet. Praeter has undecim ſquamae usque ad rictus angulum poſitae apparent, quarum maxima oculis ſubjacet. Inter oculos ſquamae (ſcuta) adſunt tres irregularis formae: a quarum media quaternae aliae ſitae ſunt usque ad ſcuta duo naſalia. Harum par poſterius minimum eſt. Juxta haec quatuor paria ſquamarum utrinque tres formant trigonum, infra quod ab oculis inde ad apicem roſtri ſeries

Digitized by Google

ries ſquamarum 5 procurrit, quarum anteriores duae juxta ſe poſitae narium foraminibus oblongis perforantur: denique juxta ſcuta haec naſalia utrinque unum adeſt ſingulare: reliquum caput ſquamae tegunt parvae. Oculos ſquamae octonae includunt: pupilla verticalis. Labium inferius tegunt utrinque ſquamae ſenae excavatae: gulam extus anteriorem dividit ſulcus glaber. Rictus amplus, dentibus multis retrôflexis, acutis, vagina gingivarum conditis, armatus, quorum anteriores maximi: maxillarum oſſa juncturam anteriorem laxam habent. Palatinae maxillae dentes ſimiles: inter ſuperiorem geminam maxillam recipitur inferior ore clauſo. Lingua atra: collum capite anguſtius, teres veluti reliquum corpus cum cauda brevi, in aculeum deſinente, ſubtus 93 ſcutellorum paribus tecta. Squamae corporis trigonae, (rhombeae) juxta ſcuta ventralia 312-lata majores.

Color capitis griſeus in caeruleum transit: roſtrum magis flavicat, labii ſuperioris ſquamae flavidae. Oculorum iris flava, pupilla atra. Ab utroque oculo taenia anguſta atrocaerulea retrorſum protenſa, in collo ſuperne pollicis fere intervallo remota ab occipite coit arcuata cum pare ſuo. Tertia taenia anguſta atrocaerulea a roſtro per medium caput ducta, inter geminam faſciam lateralem

teralem poſt occiput diviſa includit maculam cordiformem flavam caeruleo variegatam. Capitis hunc colorem fere referunt picturae Sebanae II. tab. 79 et tab. 80 f. 1. Color menti, gulae ventrisque ex flavo albicans. Truncus ſupra zonis atrocaeruleis, amethyſti inſtar ſplendentibus flavo vel fulvo colore marginatis cingitur, ita ut maculae reticulatae fere quadratae inde efficiantur, quales in ſerpente Javenſi pictura Sebana I. tab. 70. f. 1. oſtendit. Maculae hae quadratae obſcure griſeae ad lumen inclinatae transeunt in colorem viridem, flavum et caeruleum: laterum maculae dilutiores griſeae. Latera, ubi zonae invicem ſe ſecant, maculae albae oblongae ornant. Cauda fere tota flavet et zonis caeruleis reticulata, ita ut maculae minutae quadratae, dilute griſeae interluceant: ſubtus cauda albo flavoque varia. Morſus innoxius habetur. Victitat beſtia ut plurimum muribus avibusque: ſpecies montana, ubi ad majorem molem adolevit, majoribus etiam animalibus inſidiatur. Menſurae corporis partium hae ſunt ſingularum:

| | |
|---|---|
| Longitudo totius corporis | 9 ped. 0 ½ poll. |
| — — capitis | 3 — |
| Latitudo occipitis | 2 — |
| Oculorum interſtitium | 1½ — |
| Narium — | 1⅓ — |

 Roſtri

| | | |
|---|---|---|
| Roſtri diſtantia ab oculis | 1 | poll. |
| — — ab angulis rictus | 2 | — |
| — apicis diſtantia a naribus | $\frac{1}{4}$ | — |
| Altitudo occipitis | $1\frac{1}{8}$ | — |
| — oris clauſi | $\frac{6}{8}$ | — |
| Orbitarum diameter | $\frac{2}{8}$ | — |
| Circumferentia occipitis | 5 | — |
| — colli | $3\frac{6}{8}$ | — |
| — corporis | $8\frac{6}{8}$ | — |
| — initii caudae | $3\frac{2}{8}$ | — |

Colubrum hunc retulit Gallus La Cepede p. 251, nihil de Boarum genere ſuſpicatus.

Supereſt ut de Sebanis picturis moneam a doctiſſimo Barone comparatis. Igitur tab. 80. f. 1. Tomi II. Boam ſine omni dubio reddit, ex ſquamis labialibus excavatis, dentibus anterioribus longioribus, et ſcutis capitis anterioris irregularibus facile agnoſcendam. Juxta ſcuta ventralia, paulo latiora quam in reliquis ſpeciebus, (qualia tamen etiam Boa a Merremio II. in tabula II. picta gerit,) ſquamarum majorum ſeries duae, a Seba etiam annotatae. Sub cauda ſcutellorum paria adſunt. Verba ſunt Sebae: *Rictu patulo quaſi canino — colore ſpadiceo et nigricante variegatione. Juxta ventrem grandes haerent ſquamae maculis luteis nullo ordine conſperſae, ex candido caeterum pulchre relucentes.* Similitudinem denique cum pictu-

ra

ra II. tab. 79. f. 1. Seba ipſe animadvertit. Illa vero ſcuta ventralia habet anguſtiora, et ſcutella ſubcaudalia: contra foveae labiales et ſquamae majores juxta ſcuta ventralia deſunt. Ipſe Seba ita refert: *Corporis ſupini ſquamae cutaneae rufeſcentes variegatione nigricante nigrisque maculis minutis elaboratae ſunt. Infimae ſquamae dilutiores nonnullis maculis nigricantibus diſtinguuntur. Caput oblongum antica parte ſquamis veſtitur grandioribus, mandibularum latera flavedo diluta pingit, frontem lemniſcus niger exornat, ſupra cervicem inſtar marmoris variegatus.*

### *Merremi.*

*Scutis anterioris roſtri, truncati, ſex, ante oculum utrinque ternis, ſcutis ventralibus latioribus* 284, *ſubcaudalibus* 109.

A congeneribus ſcutis ventralibus latioribus 284 numeroque ſcutorum ſubcaudalium 109, longe majore quam in ceteris omnibus, diſcrepat. Caput parvum depreſſum, occiput altius, rotundiuſculum: roſtrum truncatum: ſcutum ſuperioris labii anterius excavatum: ſupra hoc ſcuta naſalia duo fere trigona anteriora, totidemque minora poſteriora adſunt: poſt haec duo ſequuntur trigona ſcuta: ante oculos ſatis magnos usque

 ad

ad naſalia ſcuta poſteriora ſcuta terna utrinque adſunt: reliquum caput ſquamis parvis rotundiuſculis tectum. Scuta labii ſuperioris 15 excavata, ut labii inferioris ſcuta 18: gularis foſſa glabra brevis adeſt. Maxillae ſuperioris dentes anteriores trini, inferioris bini, pectinis palatini duo dentes longiores gradatim reliquis ſunt et retroflexi. Truncus fuſiformis, parumper compreſſus. Squamarum formam notitia non annotavit, pictura fere rhombeas monſtrat. Color corporis ſuperni ex fuſco griſeus fuſco maculatus in capite et lateribus, infra ſordide flavus. Pictura in tabula II faſciculi Merremiani propoſita notitiae non ſatis ubique reſpondet. Longitudo exempli a viro docto deſcripti 5 pedes ſuperabat.

*Ordinata.*

Exuvias plus quam 12 pedes longas in *Muſeo Blochiano* vidi, maculis eximie ornatas, quarum ordinem tamen enarrare verbis non licet. Fundum videlicet albicantem maculae fuſcae variegant. Pictura Sebana nulla congruit, nec quas praeter eas comparare potui. Labii inferioris 41, ſuperioris 27 ſquamas numeravi, ſubgulares ſeries 14 ſquamarum oblongarum, ſcuta ventralia anguſta 252.

Sub

Digitized by Google

Sub cauda primo loco aderant 7 paria ſcutellorum; ſequebantur 5 ſcuta, iterumque 54 vel 56 ſcutellorum paria, quae poſtrema numerare accurate non licuit, quoniam apex non, ut reliquum corpus fartus, ſed trunco arboris implicitus erat. Maxillae ſuperioris, inferioris et pectinis palatini dentium plures ſeries, una immobilium, verſus fauces longitudine decreſcentium. Scuta capitis anterioris ictu laeſi numerare omnia non licuit; foſſa gularis glabra adeſt: ſed calcaria analia fruſtra quaeſivi, quae, cum cutis detraheretur, cum reliqua carnium maſſa abjecta et omiſſa fuiſſe videntur.

Notam ſpeciei nullam ponere auſus ſum. Nomini alius certos caracteres ex ſpecimine integro animadverſos adjunget.

*Carinata.*

*Roſtro lato truncato, ſquamis rhombeis carinatis.*

Primum, quod vidi Lipſiae, *Ludwigianum* exemplum cum pictura Sebana II. tab. 28. f. 3 et 4. forma et colore corporis congruit, ſcutis ſubcaudalibus diſcrepat; pictor enim ſcutella ſubcaudalia non pinxit, credo, ſed finxit.

Exemplum

Digitized by Google

Exemplum *Muſei Goettingenſis* colore mirum quantum diſcrepat. Zonae enim fuſceſcentes corpus anguſtum, compreſſum, ex griſeo albicans cingunt, in cauda manifeſtiores verſus ventrem lateſcunt et maculas ovales, magnas ex albo griſeas includunt: caput punctis fuſceſcentibus oblitum; etiam veſtigium adeſt faſciae fuſcae oculos intercurrentis. Squamae capitis polygonae, ante oculos majores: oculi magni, nares fere triangulares in ſquama angulari maxima roſtri ſub margine laterali capitis ſitae. Roſtrum ab oculis inde contractum finem veluti praeciſum et truncatum gerit: itaque ſquama labii ſuperioris anterior omnium maxima ſimul etiam latiſſima eſt, maculis 2 fuſcis inſignis, et verſus maxillam inferiorem multo breviorem devexa: labii inferioris ſquama magna triangularis fuſca maculis 2 albis inſignis: inter ſecundam et tertiam labialem ſquamam utrinque adeſt macula altera alba. Squamae corporis rhombeae carinatae ſpeciem hanc a reliquis ſeparant. Scuta ventralia Goettingenſis 168, ſubcaudalia 46 gerit: calcaria analia prominent, per vitrum adeo conſpicienda, cui inerat condita beſtia. Maxillae inferioris dentes utrinque bini anteriores, ſuperioris unus utrinque, majores eriguntur, vagina gingivarum alta tecti. Squamae labiales

biales nullae ſunt excavatae; ceterae vero boarum notae omnes adſunt.

Exemplum *Lampianum* unum Sebano ſimile, fuſcum lineae duae albae ab oculis inde ad extremam caudam excurrentes diſtinguunt: ſcuta ventralia et ſubcaudalia in medio ex griſeo albicant, nigro punctata: juxta ſcuta per ſquamarum paulo majorum ſeriem linea ex albo griſea ad anum usque ducitur: inter lineam dorſalem alteramque ventralem latera corporis medii et craſſioris veſtigia monſtrant linearum duarum ejusdem coloris, hinc inde interruptarum.

Alterum exemplum veſtigia obſcura macularum transverſarum.

Ex quinque exemplis *Muſei Brunovicenſis Ducalis* tertium maculas dorſi fuſcas trigonas gerit: aliae majores corpus cingunt. Quartum ſupra et infra ſaturate fuſcum ſtriis albis lateralibus multis varium carinas ſquamarum colore fuſco obſcuratas habet. Quintum omnium pulcherrimum maculas dorſi medii minores multo manifeſtiores et ſaturate fuſcas gerit: his interſertae zonae latiores multo ſunt dilutiores. Omnia haec exempla calcaria analia manifeſta habent.

---

*Reticulata.*

*Reticulata.*

*Roſtro obtuſo rotundiuſculo, linea ex nigro fuſca caput medium dividente ſaccique ſpeciem in collo gerente: altera utrinque ſimili ab oculis retrorſum decurrente et intexta reticulo ex atro fuſco, quo dorſum et latera ornantur.*

Exemplum *Muſei Goettingenſis* notas boarum omnes habet praeter ſcuta ſubcaudalia. Caput ante oculis ſcutis variae figurae et magnitudinis, poſt oculis ſquamis tegitur, quae verſus dorſum minores usque et reliquis ſimiles fiunt. Occiput cum fronte rotundiuſculum, ab oculis inde roſtrum contrahitur et comprimitur utrinque, fine truncato et rotundiuſculo: maxillae aequales: dentes anteriores ſupra et infra majores, vagina gingivarum alta tecti. Medium caput linea ex nigro fuſca dividit in collo ſacci formam gerens: ab oculis inde ſimilis utrinque obliqua excurrit, cum pare ſuo jungitur poſt maculam ante dictam, et ſic ſimul intexitur reti ex nigro fuſco, quo dorſum et latera ornantur. In maxilla inferiore utrinque ſquama labialis ſecunda, tertia et quarta leviter excavatae, magis vero 12, 13, 14, 15, 16, 17ma, poſtremae laeves: in maxilla ſuperiore anterior ſquama trigona in utroque latere excavatur,

Digitized by Google

vatur, deinde quaternae proximae utrinque: ſupra ſquamas labiales utrinque adjacet ſeries ſquamarum ſenarum: quarum duae anteriores inter nares ſitae ſunt: proximae et omnium maximae nares inſculptas et retrorſum patentes habent: ſequitur parva angularis, poſtea longiſſima: ſexta oculum cum reliquis includit. Tertia ſquamarum ſeu ſcutorum malis ſeries ſuperior binis utrinque componitur; quorum anterius maximum; poſtremum oculos partim cingit; medium minimum. Inter hanc ſeriem et ſcuta tria magna ſequentia intercepta jacent quatuor minora. Supra ſcuta 3 magna, inter et poſt oculos ſita, adſunt in medio duo minora, inter quae linea fuſca ſcutellum minimum interſertum percurrit. Scuta ventralia 322, poſt anum adeſt ſcutellorum par; ſequuntur autem 12 ſcuta, iterumque 76 paria ſcutellorum. Series utrinque tres ſcutis ventralibus proximae ſquamas gerunt maximas: omnium forma hexangula, angulis obtuſis; in parte tamen corporis anteriore magis oblonga et fere rhombea. Calcarium analium pediculum tantum ſed manifeſtum utrinque inter ſquamas reperi.

Pictura Sebana II. tab. 79. fig. 1. formam ſcutorum anteriorum capitis optime reddit, ſed foveae ſquamarum labialium deſunt, quas re-

Digitized by Google

repraeſentat tamen pictura ſatis ſimilis II. tab. 80. fig. 1. et I. tab. 62. fig. 2. Tres hae picturae fere idem macularum rete reddunt: priores duae etiam ſcutella ſubcaudalia monſtrant.

*Rhombeata.*

*Dorſi ſerie tergemina macularum rhombearum, plumbearum, lineis atris ſectarum et reticulo atro ſeptarum.*

Praecedenti forma et colore capitis corporisque ſimilis, niſi quod dorſum occupant ſeries tres macularum plumbearum, rhombearum, lineis atris ſectae reticulisque atris cinctae. Scutorum ventralium omnino 324 numero, ſex nempe 219—224 diviſa reperi; ſub cauda adſunt paria 83 ſcutellorum, ita tamen ut par 38 et 39, poſtea 54, tandem 66 et 67mum indiviſa ſint. Hanc ſpeciem in *Muſeo Goettingenſi* repertam a me pinxit Sebana tabula 80. fig. 1. Tomi II.

*Hieroglyphica.*

*Dorſum medium caracteres varii, latera maculae oculares concatenatae, ſcuta ventralia ſingula puncta 2 atra magna ornant.*

Exemplum *Lampianum* picturae Sebanae II. tab. 27. fig. 1. ſimillimum, niſi quod ante

oculos

oculos ſcuta plura irregularia, inter oculos vero duo maxima habet. Labialis ſquama anterior maxillae ſuperioris trigona in utroque latere excavata; ſequuntur utrinque binae item excavatae: in inferiore maxilla poſtremae utrinque quaternae veſtigia fovearum obſcura monſtrant. Corporis plumbei variegatio verbis comprehendi non poteſt. Dorſum ſcilicet ornant medium caracteres varii, latera vero maculae oculares confluentes. Scuta anguſtiſſima punctis duobus magnis et nigris ſingula notantur. Scutorum ventralium 272 ſex, nempe 197—202, deinde iterum inferiora duo diviſa ſunt: ſcutellorum ſubcaudalium adſunt 66 paria.

Exemplum *Muſei Hallenſis Academiae* colores multo floridiores habet. Caput anterius tegunt quatuor ſcutorum paria deinceps poſita usque ad oculos: inter tria poſtrema paria includuntur quinque minima: orbitae marginem ſuperiorem ſcuta variae figurae concludunt. Caput totum a naribus inde ſtria alba lata utrinque retrorſum ducta percurrit, in occipite paene conjuncta trigoni ſpeciem format: ſub oculis altera ſimilis utrinque ad oris angulos decurrit. Dorſum omne ornant maculae lineis et margine albis variegatae: ſtria alba lata caudam ſupra dividit: laterum ſquamae atro punctatae: proxima

xima ſcutis ventralibus ſeries ſcuta refert parva. Scutorum ventralium quinque diviſa alicubi vidi.

*Conica.*

*Cauda brevi conica, inferne ordinibus ſquamarum 19 tecta, corporis ſquamis rhomboideis carinatis, defectu lineae gularis nudae, capitis plani, utrinque devexi, ſquamis carinatis praeter ſcuta naſalia diviſa; taenia dorſi fulminata fuſca, nigro marginata et utrinque maculis fuſcis paſſim ſparſis cincta diſtinguitur.*

Animal non nimis magnum ex India orientali a Johnio ad *Blochium* meum miſſum ad angues referre non dubitaveram, quanquam ſcuta ventralia anguſta aderant, propter abdominis ruptionem non numeranda. Deinde id ad Boas relatum vidi a Ruſſelio p. 5. cum nominibus barbaris, et pictum in tab. IV. qui ſcuta ventris 209, caudae 19 numeravit; morſum beſtiae idem innoxium vidit. Pictura nec in colore corporis fidelis rimam ani longitudinalem falſo habet. Poſtea exemplum multo majus in Muſeo *Barbyenſi* viſum juxta anum exſtantem utrinque aculeum oſtentabat, mihique perſuaſit, ut ad Boarum genus referrem.

*Angui-*

Digitized by Google

*Anguiformis.*

*Corpore craſſo rotundo, cauda rotunda craſſa, capite minuto aequali, rictu parvo anguibus ſimilior.*

Exemplum primum ex India orientali ad *Blochium* tranſmiſſum ultra pedem longum pro angue habueram; in ventre ſcuta 190, in cauda 26 ſcuta et 13 ſcutella aderant. Cauda ipſa ſupra trigona infra plana erat, faſciis 5 nigris cincta; in extremo trunco aderant etiam 5 faſciae ſimiles ſed obſcuriores. In altero ingente et craſſo exemplo ſquamas ſupra rotundulas carina leviter notatas, maxillae ſuperioris geminae dentes longiores mobiles breviores immobiles, contra inferiores longiores immobiles reperi. Caudae ſcuta omnino 38 numeravi, quorum 12, 13, 14, 26—34 diviſa erant; nares anguſtae obliquae; juxta anum aculei conſpiciendi boam arguebant.

In tertio dimidiatae magnitudinis exemplo cauda primum 28 ſcuta integra habebat, deinceps 6 diviſa. Aculeos juxta anum fruſtra quaeſivi. Idem caudam ſupra anguloſam habebat, ut primum, cum quo colore etiam conveniebat; ſquamarum carina minus quam in ſecundo apparebat, cujus cauda craſſa et rotunda erat ut ceterum corpus. In utroque ſulcus

ſulcus gularis glaber aderat. Caput ſcutulis diverſis tectum eſt ultra oculos; frons deinceps et latera capitis teguntur ſquamis parvis rotundis: oculi mediocres; dentes maxillae inferioris anterioris longiores; lingua fiſſa nigra.

*Cinerea.*

*Color ſupra cinereus, maculis fere 30 fuſcis, nigro marginatis diſtinctus: laterum maculae minores in medio albicant: ſcuta ventralia alba, margine rubicundo.*

Serpens, communi plurium ſpecierum nomine in ora Coromandelica *Pedda Poda* vocatus, 2 pedes, 9 pollices longus, in collo 2 pollices, in medio trunco 4 pollices, per peripheriam menſura capta, craſſus, caput gerit collo latius, oblongum, ovale, obtuſum, depreſſum, ab oculis verſus roſtrum compreſſum utrinque, ſcutis tectum majoribus 12, praeter plura minora, irregularia, quae ſtellae inſtar poſteriora, parva, ſubcordata ſcuta cingunt. Scutum inter oculos medium maximum, ſed diviſum: occiput tectum ſquamis minimis, rotundis, laevibus: rictus amplus, maxillae aequales, labia craſſiuſcula, ſquamis oblongis transverſim tecta: dentes acuti, retro flexi, gemina etiam in palato ſe-

rie

rie praeter maxillae ſuperioris marginem poſiti: oculi laterales, rotundi, mediocres: nares prope roſtri angulos rotundi, retrorſum patentes. Truncus teres, a collo inde increſcens ad caudam vero teretem, brevem, 4 pollices, 2 lineas longam, craſſitie ſubito decreſcentem et in aculeum deſinentem, decreſcens craſſitie, ſquamis parvis, rotundis, laevibus denſe imbricatus, quarum ternae ſeries utrinque proximae ſcutis ventralibus, valde parvis et anguſtis, majores, ovales, in acumen exeuntes. Color capitis ſuperni carneus, roſtri cinereus: taenia lata carnea obliqua verſus collum decurrit; ſimilis ſed brevior et anguſtior ſtria maculam magnam fuſcam occipitis dividit. Trunci color et caudae ſupra cinereus, circiter 30 maculis magnis, latis, fuſcis, nigro marginatis, variae et magnitudinis et formae, diſtinctus. Latera ſimiles ſed minores maculae, in medio ut plurimum albicantes occupant. Scutorum ventralium alborum, numero 252, margo rubicundus: ſcutellorum 62 numerus colore albo et taeniis nigris longis latisque varius. Vivus coluber magnas corporis et caudae vires exſeruit, tam violenter brachio viri collum ejus tenentis ſe circumvolvens, ut torpore brachium emoreretur. Circulatores, qui in ſpectaculum curioſorum genus hoc colubre, ru-

peſtre

Digitized by Google

peſtre vulgo appellatum, circumferunt, aves in cibo objiciunt, quas fera circumplexa ſpiris integras deglutire ſolet, a Ruſſelio in Tabula XX picta et inter colubros p. 27. deſcripta.

*Caſtanea.*

*Scutis ſcutellisque in acumen exeuntibus, colore corporis dilute fuſco maculis ſaturatioribus, atro marginatis, diſtincto.*

Nomen cum praecedente commune gerit in India orientali. Is quem caveae incluſum, diuque ovis et carnibus crudis altum inter colubros deſcripſit p. 28. 29. et in tabula XXIII pinxit, 7 pedes, 2½ pollices longus, in medio trunco 8 pollices craſſus, caudam teretem, brevem, 9½ pollices longam, in aculeum deſinentem gerebat. Caput paulo latius collo, oblongum, fine rotundato, depreſſum, verſus roſtrum utrinque compreſſum, ſcutis multis irregularibus, occiput ſquamis ovalibus, laevibus tectum. Scutum omnium maximum et latiſſimum pone nares adeſt, ab ipſis tamen gemina utrinque in angulis roſtri ſquama rotunda ſeparatum. Rictus amplus, maxillae fere aequales, labia craſſiuſcula: dentes graciles, retroflexi, inferioris maxillae dentes anteriores aliquot craſſiores et longiores:

palati

Digitized by Google

palati pecten geminus dentatus: oculi magni, ovales, protuberant et a ſe diſtant ſatis magno intervallo: nares parvae, rotundae laminarum ſeu ſcutorum triangularium parvorum pare ſeparatae. Truncus teres ſquamis parvis, ovalibus, laevibus imbricatus: binae vel ternae utrinque ſeries ventralibus ſcutis 252, parvis et cum ſcutellis 64 in finem acutum excurrentibus, proximae ſquamas majores rotundas continent. Color capitis ex nigro cinereus, taenia ſaturate fuſca utrinque pone oculos obliqua; occiput macula ſpatulaeformis magna, obſcura, anguſta ſtria diviſa, occupat: collum truncum et caudam maculae magnae, nigricantes, atro marginatae, variae figurae, variegant, interſtitia et reliquum corpus dilute fuſci coloris ſunt: caudae maculae dilutiores apparent. Scutellorum et ſcutorum color ſaturate flavus. Vivus et caveae incluſus coluber ſibilos terribiles edebat, quoties irritabatur, praedam tamen oblatam dentibus non appetebat. Avis, quam ſociam in cavea ad Ruſſelium delatus habuerat, caput contubernalis mordicus impune vellicaverat.

*Albicans.*

*Scutis ventralibus oblonga, utrinque in acumen exeuntia ut et ſcutella ovalia: colore albicante maculis fuſcis, atro marginatis, diſtincto.*

Praecedenti cognominis in India orientali deſcriptus a Ruſſelio et pictus in tabula XXIV. longus 6 pedes, in medio corpore 7 pollices craſſus, caudam 9 pollices longam, et in aculeum paulatim deſinentem, gerebat. Caput paulo latius collo, oblongum, depreſſum, ab oculis utrinque compreſſum et contractum in roſtrum obtuſum et veluti truncatum, anterius ſcutis variae magnitudinis et figurae in occipitio ſquamis ovalibus, laevibus tectum. Rictus peramplus, maxillae fere aequales, labia craſſiuſcula: dentes acuti, retroflexi, maxillae inferioris anteriores aliquot longiores: palati pecten dentatus geminus: oculi laterales, mediocres, ovales, protuberantes, partim ſcutis orbitalibus tecti; nares utrinque in lateribus roſtri parvae patent. Truncus ſquamis ovalibus, laevibus imbricatus, quarum ſeries utrinque binae ſcutis ventralibus proximae rotundae. Scuta ventralia 256 anguſta, oblonga, utrinque in acumen exeuntia, ſcutella 69 ovalia, pariter in acumen exeuntia. Supra ani foramen utrinque

ad

ad latus ſcuti penultimi calcar adeſt breve acumine extrorſum flexo. Color corporis albicat, maculis magnis, latis, fuſcis, nigro marginatis, variae figurae diſtinctus; pone oculos faſcia utrinque fuſca; macula occipitis magna, nigra, albo per medium ſtriata. In ſtabulo occiſi caput caudamque pinxit Ruſſel. Cum duobus antecedentibus genere continetur colubrorum rupeſtrium, quos Indiae coloni Europaei dicunt, indigenaeque innoxios habent. Ad magnitudinem multo majorem excreſcere omnes autumat Ruſſel; tertium hunc certe vidit aliquando fere 10 pedum longitudine. Similes ſibi ſunt invicem capitis ſcutis, macularum forma, ſcutis ventralibus ſcutellisque caudalibus et aliis notis, praecipua tertius hic cum ſecundo: ſummum vero diſcrimen in colore verſatur, ſecundus etiam calcare caret. Contra in ſequenti idem adeſt, obſervatum jam anno 1778 a medico quodam in colubro Indico Duſſery Pambu vocato: uſum ejus in pugna colubri eſſe circulator quidam affirmabat.



Digitized by Google

*Orbiculata.*

*Scutis ſcutellisque ventralibus alternantibus: colore fuſco maculis dorſi rotundiuſculis, medio dilutis, margine ex flavido fuſco diſtincto, laterum albo, maculis fuſcis.*

Coluber hic in ora Coromandelica *Bora* audit. Is, quem *Alex. Ruſſel* captum aluit, cujusque caput cum cauda pictum in tabula XXXIX. communicavit una cum brevi notitia cum ſcriptore Ophiologiae Indicae, 4 pedes, 10 pollices longus, caudam gerebat teretem, 7½ pollices longam, paulatim in aculeum deſinentem: circumferentia colli 2 pollices, trunci medii 5¼ pollices aequabat. Caput paulo latius collo, oblongum, depreſſum, roſtrum compreſſum, valde obtuſum: occiput ſquamis minutis ovalibus, reliquum caput ſcutis variae figurae tectum. Rictus amplus, maxillae aequales; dentes inferiores magni, acuti, recurvi: palati pecten geminus dentatus, velut in colubris innoxiis omnibus. Oculi laterales, magni, rotundi: nares roſtro extremo vicinae. Truncus teres, ſquamis parvis, ovalibus, laevibus, per binas utrinque ſeries, ventralibus ſcutis proximas, majoribus,

bus, denſe imbricatus. Scuta ventralia brevia: (vel anguſta) paulum ſupra anum utrinque adeſt calcar parvum, fere quartam pollicis partem aequans, corneum, incurvum, apice extrorſum flexo. Color corporis fuſcus, per dorſum maculis magnis, rotundis, in medio dilute fuſcis, margine ex flavido fuſco, diſtinctus: laterum color ſplendide albicans maculis fuſcis variegatur: ſcutorum ventralium margaritaceus. Scuta adſunt in anteriore corporis parte 265; ſequuntur 36 ſcutellorum ventralium paria; poſtea 28 ſcuta, iterumque 3 ſcutellorum paria omnium poſtrema caudam infra tegunt. Narrant incolae morſum beſtiae inſequi tandem mortem poſt dierum 10 ad 12 moram, ſtatim vero totum fere corpus papulis effloreſcere.

Murinae ſimilis forte etiam cognata maculis rotundiuſculis et ſcutis ventralibus ſcutelliſque permiſtis.

Suſpi-

Suſpicor huic generi attribuendum, quem ſub *Colubri Moluri* nomine in Muſeo Degeeriano repertum notavit breviſſime Linnaeus. Habitare in Indiis dicitur ſimillimus boae, *ſed ſcuta,* inquit, *et ſquamae capitis majores ut in colubris.* Scuta ventralia 248, ſubcaudalia 59 eduntur. Vellem vir illuſtris addidiſſet, quibus praeter ſcuta ventralia et ſubcaudalia notis, in Syſtemate poſitis, boarum genus agnoſci voluerit. Divinatione aliqua egregia uſus Gallus Cepede agnoviſſe videtur, quem alioquin reperire nemini facile licebit. Colubrum is ſquamis magnis, ovalibus, laevibus; infra ſcutis ventralibus 252, ſcutellorum paribus 65 tectum, pedes 6 longum, (cujus cauda 9 pollices aequabat) ipſa longitudine et ex forma capitis poſterius latiſſimi, verſus oculos utrinque contracti, et in roſtrum rotundiuſculum producti agnoviſſe ſe affirmat. Color ex albo rufus, maculis magnis rufis atro marginatis, per medium dorſum diſtinctus: latera utrinque maculae ſimiles variegant. Pictura in tabula X, fig. 1. appoſita nihil boarum generi ſimile habere mihi videtur.

Poſſem

Poſſem aequo jure pro Moluro Linnaei venditare colubrum in *Muſeo Jenenſis Univerſitatis* repertum, quem interim Moluroidem dicam. Geminum aderat exemplum ſatis magnum, boarum ſpeciebus Linnaeanis ſimillimum. Caput erat pro ratione breve, mediocriter latum, rictu mediocri, retro ſurſum ducta rima. Ante oculos parvos aderant ſcuta 15 irregularia, ſupra oculos ſcutum oblongum, anguſtum; inter oculos et in occipite ſquamae irregulares: ſcutis roſtralibus duobus maximis inerant narium foramina minuta et anguſta, ſitu magis verticali quam laterali. Dentes inferioris maxillae anteriores paulo longiores, quam ſuperioris utriusque: gularis ſulcus glaber etiam aderat ut in bois. Infra ſcuta duo labialia anteriora, quae medium anterius cingunt, aderant ſcuta duo magna, longa, et juxta ea par minus. Infra haec ſequebantur ſquamae, oblongae, vel rotundiusculae, vel angulatae, usque ad ſcuta ventralia anguſta, boam arguentia. Contra corpus ipſum non compreſſum erat, ſed dorſum teres et craſſum apparebat. Squamarum oblongarum et rotundatarum, carinatarum ſeries 25, quarum una utrinque, ſcutis ventralibus 144 et ſcutellorum ſubcaudalium paribus 57 proxima, carina

na caret. Color ſupra ardeſiarum ſimilis, infra rufeſcit albo miſtus. Aculeos anales in neutro reperire potui exemplo.

Pſeu-

# Pſeudoboa.

## Genus novum, artificiale, praecedenti tantum nomine tenus affine.

### Caracteres generici.

*Scuta ventralia et ſubcaudalia, latiora quam in bois; caput ſcutis fere ut in natricibus tectum: tela venenifera brevia in plerisque hucusque cognitis ſpeciebus. De magnitudine, ad quam genus hoc adoleſcit, de genere vitae, victu et moribus parum aut nihil conſtat. Syſtematici plerasque cum Bois confuſas propter ſcuta ſubcaudalia enarrarunt.*

Digitized by Google

Digitized by Google

## Species.

### *Faſciata.*

*Corpus album compreſſum faſciis fuſcis cingitur.*

Exemplum *Muſei Blochiani* ingens ventris ſcuta: 207 (quorum penultimum parvum utrinque habebat adjunctum) caudae craſſae fine obtuſo et forſan abrupto 56 ſcuta gerebat, latiora omnia, quam in bois; corpus compreſſum utrinque, ſquamarum rhomboidearum ordinibus utrinque 7 tectum; media dorſi ſeu decima et quinta ſeries ſquamas majores hexagonas habet; caput planum, obtuſum, ſcutis velut in natrice tectum, labialia ſcuta ſeu ſquamae integrae; oculi mediocres, nares ellipticae fere verticales; rictus parvus. In maxilla ſuperiore exteriore telum veneniferum utrinque vagina conditum aderat, quod caverna inferioris excipiebat ore clauſo.

In

In *eodem Muſeo* adeſt vel varietas vel alter ſexus hujus ſpeciei, faſciis non cingentibus corpus, ſed abruptis, ventralibus ſcutis 214, caudalibus 46 diſtinguendus; in vagina maxillae ſuperioris utrinque 3 tela gradatim minora condita reperi.

Idem ſerpens eſt in Muſeo Linckiano Lipſiae, ab auctore Deſcriptionis p. 71. ad Boas relatus et cum Scheuchzeri tab. 655. f. 8. comparatus, quod autopſia me docuit non minus quam pictura no 22. inter anecdotas, quam Scheuchzerus expreſſerat. Ad Boas item retulit colubrum egregie pictum in tabula 3. Ruſſel, qui tela utrinque duo brevia in vagina condita vidit, et ventris ſcuta 233, caudae 36 numeravit.

*Caerulea.*

*Corpus ſupra caeruleum faſciis albis punctatis diſtinguitur, infra albidum.*

Similis priori dorſi ſquamarum ſerie media majorum hexagonarum, capitis ſcutis; in

primo

primo exemplo meo ſicco ventris ſcuta 230, caudae 40; in altero ex India orientali ad *Blochium* transmiſſo ventris 192, caudae ſcuta 43 numeravi, et tela brevia in vagina condita reperi. Eundem bene deſcriptum inter Boas primo loco in tab. I. pinxit Ruſſel, qui tela utrinque interdum gemina ſed brevia vidit; veneni experimenta in animalibus capta ſtuporem magnum ante mortem inducebant. Caeruleum colorem tandem liquore ſpirituoſo in fuſcum transmutatum eſſe teſtatur Ruſſel.

*Carinata.*

*Capite latiore, ſquamis ovalibus parvis carinatis tecto, corporis ſquamis ovalibus carinatis.*

Colorem obſcure fuſcum in dorſo maculae profunde flavidae nigro marginatae distinguunt, per latera undulatim taenia ejuſdem coloris decurrit; ſcuta albida ventris 150, caudae 25 punctis obſcuris variegantur. Telum utrinque unum vidit; ſed vivam experiri non potuit Ruſſel, qui inter Boas ſecundo

cundo loco beſtiam deſcripſit et in tabula II. pinxit, mihi nondum viſam.

*Coronata.*

*Corpus concolor album; caput nigrum; collum item nigrum ſupra diademate albo radiato cingitur.*

Caput oblongum, convexum, obtuſum ab anteriore parte; ſquamae corporis rotundi rhomboideae laeves; ſcuta ventris 198, caudae 88; tela nulla reperire potui in exemplo Muſei *Heyeri*, Pharmacopolae Brunovicenſis Chemiae peritia celeberrimi.

*Contortrix.*

Suſpicor ad hoc genus pertinere colubrum, quem Linnaeus in Editione XII. Syſtematis addidit miſſum ſibi ex Carolina a Doctore Garden, cum hac deſcriptione: *Caput latum, ſacculi venenati; ſed tela non reperi; corpus dorſatum cinereum maculis fuſcis areas efficientibus, aliisque maculis rotundis lateralibus;*

quam

Digitized by Google

quam poſtrema Syſtematis Editio in brevius contractam plane depravavit. Habet haec ſpecies ventris ſcuta 150, caudae 40, adeoque omnium numero minima. Locus Cateſbei II tab. 56. formam viperae oſtendit, ipſo Cateſbeo fatente; ſed tela reperire non potuit; adſunt contra minuti alii dentes.

At, ecce, haec eadem ſpecies in Editione X. olim militabat ſub genere Colubrorum cognomine *Conſtrictoris*, ubi ſcuta ventris 130 numerabantur. Miſſam a *Kalmio* ſimpliciter nota addita docebat, adoriri homines circum pedes ſeſe convolventem, ſed innocuam: maxillae apicem ſimum triquetrum eſſe. Succeſſit in locum hujus Conſtrictoris alius cum eodem nomine in Editione XII. a Kalmio Itineris 3. p. 136. ſubminiſtratus ex America ſeptentrionali, et cum Cateſbeii II. tab. 48. comparatus; ſed in numero ſcutellorum eſt magnus error admiſſus; debebat enim eſſe 92, ubi nunc eſt 29; praeterea in alio exemplo minore Kalm ſcuta 184, ſcutella 64 reperit.

Boam contortricem tela minuta gerere affirmavit etiam Britannus *Gray;* quare eam ad hoc genus pertinere ſuſpicatus ſum.

---

*Krait.*

Digitized by Google

### *Krait.*

*Corpore ſupra dilute fuſco, infra albo.*

Boam *Krait* nomine Tamulico vocat *John Williams* in Aſiatik Reſearches Vol. II. p. 328. pedes duos cum dimidio longum, agilem, ſcutis ſub ventre 208, ſub cauda 46 praeditum, telis duobus armatum, quorum venenum letale teſtatur Britannus l. c.

Elaps.

Digitized by Google

# Elaps.

## Genus ſerpentium novum, inter Colubros et Angues Linnaei medium atque utrique affine.

### Caracteres generici.

*Caput a corpore craſſitie vel latitudine parum aut non diverſum, parvum; rictus brevis et anguſtus, propter os intermaxillare breve unicum, ut in anguibus et lacertis, non geminum ut in colubris. Praeterea in plurimis oculi parvi, ſquamae laeves, oppreſſae, hinc totum corpus lubricum tactu, ſcuta ventralia et ſcutella ſubcaudalia qualia ſunt colubrorum. Os intermaxillare unicum facile licet perſentiſcere et agnoſcere, capite utrinque pone oris rimam inter pollicem indicemque digitum ita tractando, ut maxilla inferior diducatur et dilatetur. Quo facto, in colubris maxillarum finibus poſterioribus, ope geminorum oſſium intermaxillarium communium, in ſitum transverſum ex horizontali deductorum, diductis cutis cedit, et rictus amplitudo plus quam duplo ſit maior: in elapis contra genere rictus parum ampliatur.*



Digitized by Google

Digitized by Google

*Lemniſcatus Lin.*

*Corpus ferrugineum vel fuſcum vel nigricans diſtinguunt cingula alba, in ventre paulo latiora, quorum tertium quodque quadruplo latius.*

Exemplum *Blochianum* unum maculis nigris illis, linea anulari duplice interruptis, quas ex Linnaeana pictura excerpſit Laurentius, caret, contra ſquamarum dorſalium marginem fuſcum, roſtrum valde obtuſum, caput parum trunco latius, corpus laeve et lubricum habebat. Zonarum color robiginem magis referebat, quod de ſuo etiam exemplo praedicat Weigel p. 36.

Exemplum alterum minus cum pictura Linnaeana plane conveniens ſquamarum non omnium finem fuſcum habebat. Caput utriusque ſcutis ſimillimis natrici tectum; hinc Laurentius beſtiam inter natrices commemoravit. Utrumque dentem utrinque veneniferum ſacco gingivali incluſum, et dentes palatinae maxillae minores recurvos gerebat. Oculos parvos et ſquamas corporis teretis lu-



Digitized by Google

bricas recte animadvertit Weigel; contra omnes, quos equidem inſpexi, ſcriptores dentes veneniferos omiſerunt, etiam accuratiſſimus omnium Britannus *Gray*, qui caudam huic noſtro breviſſimam ex colubrorum genere tribuit. Pictura Sebana II. tab. 27. fig. 2. praeſtat duabus reliquis, quas Linnaeus jam comparavit, nec Linnaeana adeo in Muſeo Frid. Adolphi I. tab. XIV. fig. 1. propoſita, inferior mihi eſſe videtur. Numerum ſcutorum ſcutellorumque variare annotavit etiam Gmelinus. Addo ex Muſeo Huttuiniano numerum 258—44 exempli a viro docto memorati. Linnaei notitia in Amoenit. Acad. I. p. 118. no. 6. (p. 732. ed. Lugd.) haec fere eſt. Narium foramina minima; inter quae duae ſquamae rhomboideae, deinde 2 maiuſculae pentagonae, tum inter oculos tres, quarum media maior, pone has duae maximae: roſtri apex nigricans, medii capitis faſcia transverſa nigra, occipitis macula rotunda: maxillae inferioris latera cinerea. Truncus pennae cygneae craſſitie, ſquamis rhombeis, obtuſiuſculis, laevibus tectus: in tergo 15 ordines conſpiciuntur: ſquamae omnes albae in tergo, apice et margine ferrugineae, cauda obtuſiuſcula. Nigredinem corporis diſtinguunt cingula 43 alba, quorum tertium quodque reliquis quadruplo latius, omnia in ventre paulo

la-

Digitized by Google

latiora. Cum hac notitia egregie ubique congruit exemplum *Meyerianum*, in quo ſcuta ventralia 231, ſcutellorum ſubcaudalium 38 paria numeravi. Exemplum *Blochianum* tertium brevius caeruleo colore totum eſt tinctum, in quo ſcuta 178, ſcutellorum 29 paria numeravi, immani differentia! Muſeum Huttuinianum exempli alicuius numerum 258—44 edit.

### *Lacteus.*

*Corporis albi ſupra maculis geminatis atris, verticis linea alba.*

Color corporis ſplendide albi macularum, rotundarum, atrarum, ab initio fere confluentium, in extremo dorſo ſeparatarum, paribus variegatur. Caput totum atrum linea alba ornat, ſtriis albis compoſita, a medio inde excurrens ad collum: labium ſuperius poſt oculos macula alba notatur. Scuta ventralia 186 in exemplo parvo *Blochiano*, 203 in Linnaeano, ornat faſcia atra a ſcuto ſeptimo exorſa, et paulatim latior facta, ita ut demum plus quam dimidiam latitudinis partem occupet. Scutellorum paria exemplum Blochianum 35, Linnaeanum 32 gerebat. Scuta capi-

pitis qualia in natrice ſunt: craſſities corporis aequalis pennae olorinae. Oculi pro ratione non parvi ſunt, nec in maiore Linnaei exemplo, picto in tabulae XVIII. fig. 1. Muſei Fr. Adolphi. Dentem veneniferum utrinque brevem a Linnaeo et Britanno *Gray* annotatum, cum oſſe intermaxillari brevi reperi: ſed ſquamas hexagonas carinatas qui huic beſtiae tribuit Gallus Cepede, longe diverſum a lacteo Colubro Linnaei tractaſſe videtur. Male etiam Index Muſei Linckiani tabulae Scheuchzerianae 657. fig. 2. ad hanc ſpeciem retulit.

*Plicatilis.*

*Dorſi punctorum nigrorum ſeries gemina, ſcutorum ventralium quadruplex, ſcutellorum gemina, macularum fuſcarum fere ocellatarum pupilla alba ſeries lateralis.*

Hunc inter colubros Linnaeus deſcriptum pinxit in Muſei Frid. Adolphi tab. VI. fig. 1. quem Laurentius ad Ceraſtae genus retulit. Cum Sebana pictura I. tab. 57. fig. 5. non magis quam cum notitia congruit Linnaeana pictura et deſcriptio. Seba ſquamas rhombeas cinereas flavo miſtas ait, laterum colorem

rem

Digitized by Google

rem ſignificat per ſpiram rubicundam quaſi colligatorum coralliorum, ſingulo in medio alba macula minuta notato. Scuta ventralia dilute flava utrinque macula rotunda notata refert. Linnaeus in Amoenit. Acad. I. p. 301. (p. 582. ed. Lugd.) ita ait: Truncus ſubcarinatus, abdominis plica longitudinali. Color ſupra fuſco lividus, lateribus faſcia longitudinali fuſca, abdominis pallidus, punctis fuſcis ordine triplice. Editio Syſtematis duodecima brevius ita habebat: Lividus lateribus fuſcis, ſubtus punctis quadruplici ordine. Scutorum ventralium numerum 128, ſcutellorum ſubcaudalium parium 46 in Amoen. Acad. poſuerat, in Syſtemate ſcutorum 131 poſuit. Exemplum *Blochianum* ſcuta 135, ſcutellorum paria 48 gerit. Index Muſei Linckiani ad colubrum Linnaeanum recte retulit tabulam Scheuchzerianam 653. fig. 2. quae notitiae Linnaei multo magis quam Sebana reſpondet. Gallus Cepede exemplum 6 pedes et 6 pollices longum ſub nomine *Bali* deſcripſit et in tab. IX. fig. 1. pinxit. Recte is annotavit ſquamas ſcutis ventralibus proximas puncto flavo notatas: quae duae punctorum ſeries geminae ſcutorum junctae quadruplicem ſeriem punctorum corporis inferni efficiunt. Deinde ſquamarum rhombearum et laevium finem albicantem refert, cum pictura ſquamas rotun-

tundas reddiderit. Denique hunc eundem colubrum deſcripſit et pinxit Merrem II. tab. 5. in qua colores ab exemplis meis, Sebanis et Scheuchzeriano abludunt.

Corpus laeve et lubricum cum oſſe intermaxillari unico rictuque anguſto huic generi vindicant colubrum Linnaeanum. Oculi ſunt mediocres.

*Cobella.*

*Corpus cinereum nigro alboque variegatum, ſcuta et ſcutella dimidiata alternis alba et nigra, aliquot etiam tota nigra, poſt oculos utrinque ſtria obliqua plumbea.*

Plura Muſei *Blochiani* exempla comparavi, quorum unum ſcuta 141, ſcutellorum paria 71, alterum 140, 51, tertium 150, 51, quartum 150, 49, quintum 155, 52 gerebat. Omnia ſub ſquamis mentalibus longis duo ſquamarum paria ante ſcuta poſita habent: quaedam ſquamarum cinerearum marginem nigrum, aliae album habent. Aliquot lineam nigram latam ad latera caudae, aliae ante caudam excurrentem retro habent. Oculi mediocres: oris rima poſt oculos ſurſum flexa. Omnium frequentiſſimus in Muſeis.

*Du-*

Digitized by Google

*Duberria.*

*Corpus ſupra cineraſcens vel caeruleſcens in media ſquamarum dorſalium ſerie puncta nigricantia gerit, ſcuta ventralia faſcia lata albicante diſtincta.*

Nomen mutuatus ſum a Seba, in cujus Theſauri Tomi II. tab. I. fig. 6. hic coluber deſcriptus et pictus exſtat. Notitia Sebana dorſi caudaeque faſciam reticulatam, latam, cyaneam, punctis rufis in medio notatam memorat, ſquamas laterum fuſcas; ſcuta ventralia cinerea tingere flavedo dicitur. Exemplum *Blochianum* faſcia non caerulea eſt, ſed ex griſeo albicat, venter magis albicat, quam flavet. Quarta pars latitudinis ſcutorum ventralium 129 utrinque tincta eſt colore dilute fuſco proximarum quaternarum ſerierum ſquamarum. Dorſi ſeries ſeptem ſunt, quarum mediam nec tamen ſingulas ſquamas puncta fuſca diſtinguunt. Maxillarum conditio et oſſis intermaxillaris beſtiam huic novo generi vindicat. Scutellorum ſubcaudalium paria 30 numeravi.

Poſtea vidi Sebanam picturam comparatam cum colubro a Merremo I. tab. 1. picto pro varietate eiusdem haberi; quod mihi non item

Digitized by Google

item videtur. Scuta enim ventralia faſciam quidem albam anguſtam ſimilem gerunt, ipſa tamen faſcia latiora ſunt: contra colubri Merremiani ſcuta tota ſunt anguſta. Hunc ipſum colubrum Merremianum inter picturas anecdotas Linckianas No. 66. pictum reperi, ubi color ventralium ſcutorum ochraceus, faſciarum lateralium cineraceus, nullibi vero viridis picturae Merremianae color apparebat. Inter Scheuchzerianas tabulas nullam reperi, quae picturam iſtam redderet. Sebana pictura a Merremo laudata II. tab. 63. fig. 5. errorem ſcriptoris habet; debebat enim tabula 36. fig. 5. laudari, in qua ſcutorum anguſtiorum albus color praecipue congruit.

Elapis mei exemplum *Lampianum* magnum, ſupra ex cinereo caeruleſcens, punctis nigricantibus notatum, faſcias laterales latas obſcuriores habebat: ſeries enim quinque ſquamarum baſi nigrarum cetera caeruleſcentium et albo miſtarum aderant. Scuta ventralia juxta faſciam ex flavo albicantem ſingula utrinque ſtria nigra notata erant.



Digitized by Google

*Octolineatus.*

*Corpus albicans percurrunt 8 lineae fuſcae, quarum mediae duae latiores, oculos tranſit faſcia tranſverſa, antrorſum ſinuata, fuſca.*

Corpus albicans ſupra lineae 8 ex atro fuſcae percurrunt, quarum duae mediae latiſſimae inter oculos confluunt. Oculos tranſit faſcia tranſverſa fuſca, antrorſum ſinuata, et usque ad labia utrinque excurrens, pone oculos macula ſemilunata fuſca excurrit ultra oris rimam, poſterius ſurſum flexam. Oculi mediocres: corpus lubricum, ſcutis ventralibus 178, ſcutellorum ſubcaudalium paribus 56 tectum. Hoſpitatur in Muſeo *Blochiano*.

*Bilineatus.*

*Corporis ſupra lineae 2 albae, et faſciae nigrae tranſverſae plures, venter ex griſeo albicans.*

Exemplum Muſei *Blochiani* primum ex India Orientali a Johnio miſſum ſcuta ventralia 125, ſcutellorum paria 58, alterum maius

jus 144, 65 gerebat. Cauda gracilis. Corpus ſupra colore margaritaceum lineis duabus albis, latis et faſciis nigris transverſis variegatur: venter cum cauda ſubtus ex griſeo albicans. Squamarum oblongarum et rhombearum ſeries 15 carinatae: ſeries utrinque ſcutis et ſcutellis proxima latiores et laeves habet ſquamas. Scuta capitis et dentes natricem imitantur. Rima oris poſterius ſurſum flexa.

Notitia a Johnio adjuncta nomen Malabaricum *Komberumuken* referebat, i. e. qui arborum cacumina adſcendit. Fabulantur enim indigenae beſtiam, poſtquam morſum homini inflixit, ſtatim arborem proximam adſcendere, ibique uſtuarium ſpeculari, donec veneno enecatus homo ibi combuſtus fuerit. Tela tamen venenifera nulla nec Johnius in ore aperto reperit, qui colorem corporis miratur, quando videlicet irata et tumefacta ſublatoque collo facit ut per ſquamas cuticula caerulea pelluceat.



Digitized by Google

## *Boaeformis.*

*Capite oblongo, anterius anguſtiore, ſupra ſcutis parvis tecto, corporis ſquamis carinatis et maculis transverſis nigris.*

Exemplum *Muſci Halenſis Univerſitatis* parvum diſtinguit caput oblongum, anterius anguſtius atque obtuſum, ſcutis parvis tectum, oculi parvi, nares minutae, altius ſolito ſitae, rima oris anguſta, poſterius ſurſum flexa, dentes parvi, breves ſuperioris utriusque atque inferioris maxillae, ſcuta ventralia ſatis anguſta 146, ſubcaudalia primum ſcuta 4, tum ſcutellorum paria 58, ſquamae rhombeae carinatae. Poſt capitis ſcuta naſalia circuli ſpeciem effingunt 5 alia angulata: pone haec inter oculos ſcutum magnum oblongum quadratum jacet transverſum: poſt oculos ſcuta minora ſunt maiuſculis mixta. Labii ſuperioris ſcutum anticum pentagonum magnum. Color capitis ſupra cinereus, ab oculis verſus truncum utrinque faſcia nigra excurrit: labia alba, apice roſtri et labii inferioris cinereo. Truncus ſupra cinereus maculis transverſis nigris, verſus caudam interruptis, in medio corpore zonarum formam gerentibus: in cauda compreſſa iterum integris. Per latera po-

ſitae

Digitized by Google

ſitae conſpiciuntur inter ſcutum tertium vel quartum quodque maculae parvae nigrae: ſcuta ipſa albicant nigro variata fere ut in Cobella Linnaei. Gulae ſulcus glaber, juxta eum 3 paria ſquamarum longarum conſpiciuntur. Squamae corporis totius carinatae ſunt.

### *Anguiformis.*

I

*Collare nigrum ſupra trigonum, totum corpus cingunt anuli nigri ſupra latiores, caudae apex obtuſus medius mucrone eminet.*

Exemplum *Muſei Heyeriani* Brunovicenſis diſtinguit caput anterius anguſtius et obtuſum, labii ſuperioris ſcutum anticum magnum trigonum, cujus apex ſupra porrectus inter ſcuta capitis duo priora inſeritur, baſis vero vel margo inferior in facie poſteriore prominente denſe crenata vel inciſa apparet. Narium foramina magna infra ſcuta capitis priora duo retrorſum patent: labii utriusque ſquamae vel ſcuta utrinque 18, oculi mediocris, color ſupra et infra albus, occipitis macula nigra, oblique verſus latera ducta, puncta duo nigra inter ſcuta duo ſupra ocularia, punctum unum nigrum in commiſſura paris ſe-

Digitized by Google

ſecundi ſcutorum noſtri cum pare ſuperiore: nuchae macula magna, trigona, nigra, utrinque anguſtior, ventrem demum cingit. Squamae ſupra oblongae, quadratae, ſitu obliquo, denſae, laterum rhombeae majores et rariores, omnes laeves. Totum corpus teres, laeve, lubricum cingunt anuli 22 nigri, ſupra latiores, quidem in lateribus utrinque tantum anguſtiores. Scuta ventralia 163, ſubcaudalia ſcutellorum paria 25 numeravi. Cauda brevis medio apice obtuſo eminentem mucronem velut anguis gerebat. In maxilla ſuperiore exteriore aderat utrinque dens longior ſed immobilis, in vagina alta reconditus, quem veneniferum praedicare non auſim: reliqui dentes parvi erant.

*Furcatus.*

*Linea dorſi medii caudaeque alba ab oculis verſus nares bifurcata, altera alba laterali utrinque juxta ventrem ad anum usque ducta.*

Elapem hunc pinxit Seba II. tab. 2. fig. 7. Caput ut in natrice ſcutis tectum, depreſſum, collo non latius, breve, obtuſum anterius et rotundiusculum; oculi valde parvi, narium foramina magna retrorſum patent. Color

ca-

Digitized by Google

capitis et corporis totius ſupra ex fuſco rufus, ſeriei ſquamarum ſcutis ventralibus proximae, ut ipſorum ſcutorum albus; in hac ipſa tamen ſerie utrinque ex punctis fuſcis ſingulis continuatur demum linea fuſca ad anum usque ducta. Dorſi medii caudaeque linea alba, inter oculos diviſa ad nares excurrit. Ventrem album faſciae transverſae ornant, ſcuta 2 vel unum cum dimidio occupantes. Labii inferioris ſcuta ex fuſco rufas maculas habent. Cauda brevis, craſſa, et obtuſa, ſubtus ſcutellorum paribus 23 tegitur.

Sebana notitia corpus ubique aequali craſſitie refert, cum pictura ipſa caudam multo graciliorem et acutiorem ſiſtat, quam exemplum *Lampianum*. Squamas rhombeas laeves pictura male reddidit. Exemplum *Muſei Halenſis Univerſitatis* ſcuta ventralia 242, ſcutellorum ſubcaudalium paria 22 habebat; in maxilla vero ſuperiore et exteriore utrinque unum dentem, ſatis longum, in vagina reconditum, retro flexum et mobilem; quem pro venenifero venditare fere auſim.

Alu-

*Anulatus.*

*Corpus ſquamis rhombeis tectum, zonis ex nigro fuſcis 70 cinctum, ſcuta ventralia anguſta.*

Exemplum *Blochianum* ſcuta ventralia 179 multo anguſtiora, quam in colubris eſſe ſolent, ſcutellorum ſubcaudalium paria 20 gerit: cauda valde gracilis ab initio eſt. Squamae rhombeae, fuſcae albo miſtae. Corpus cingunt 70 zonae ex nigro fuſcae: caput ſupra ex atro fuſcum, albo maculatum: labii ſuperioris ſcuta adſunt 17, inferioris 15, poſtrema labii ſuperioris ſcuta altiſſima ſunt: iuxta haec utrinque in lateribus capitis ſcuta ſeptena, per caput medium octo, omnino igitur ſcuta capitalia 22 adſunt.

Suſpicari licebit, hunc forte ſignificaſſe Laurentium ſub no. 182. nomine Coronellae anguiformis, quam refert albidam, faſciis fuſcis integris, ſubtus oblique concurrentibus, totam denſiſſime anulatam. Similem ipſe eſſe ait angui faſciato, ſed charactere diverſo.

---

Ad hoc idem genus referendos ſuſpicor plures colubros Linnaei, ex quibus *album* et *calamarium* propter diverſam corporis for-



Digitized by Google

mam ad Anguium genus Laurentius retulit. *Agilem*, lemniſcato ſimilem, una cum *coral-lino*, quem nuper eundem eſſe cum *Triſcali* cenſuit *Sentzen*, item huc pertinere ex Linnaeanis notitiis colligo. Ipſi enim mihi quatuor hos colubros nondum videre et inveſtigare contigit. Propter ſimilitudinem cum lemniſcato a Linnaeo annotatam coluber Aeſculapii num item huc referri rectius poſſit, videant, qui certis eum notis agnoſcere potuerunt. Quem enim eo ſub nomine deſcripſit et pinxit Gallus Cepede, is plicatili ſimilior quam lemniſcato a Linnaeana ſpecie plane diverſus eſſe videtur. Denique huc refero colubrum a Ruſſelio deſcriptum p. 12. et in tabula VIII. pictum, telo utrinque parvo venenifero armatum.

---

Anguis.

Digitized by Google

# Anguis.

Genus ſerpentium naturale, proximum Lacertis Chamaeſauris, affine ſtincis, et novo Elapum generi.

## Caracteres generici.

*Corpus ubique fere aequale cylindricum, totum ſquamis laevibus, rotundiusculis imbricatum nullis, ſcutis ventralibus ſcutellisve ſubcaudalibus diſtinctum: caudae obtuſae finis medius in mucronem deſinit: caput ſcutis irregularibus tectum, oculi parvi partim nudi, partim tecti ſcutis capitis, narium foramina minima, os intermaxillare ſimplex, rictus brevis anguſtus, veluti lacertarum, dentes conici, immobiles omnes, morſus innoxius.*



Digitized by Google

Digitized by Google

# Species.

## Fragilis.

*Corpus ſupra rufeſcens, infra nigreſcens, dorſum linea nigra gemina contigua diviſum, cauda corpore longior.*

Primus accurate deſcripſit et in tabulae V. fig. 2. pinxit Laurentius p. 178. 179. 180. qui captis aliquot experimentis veneni crimine vulgo infamem abſolvit. Notitia eius haec fere eſt. Corpus totum nitidiſſimum, ſquamis appreſſis, ut difficulter numerentur: ſupra aureo-fuſcum, ad latera ſubtus demum ex fuſco argenteum: ſupra lineatum, notabilioribus duabus fuſcis lineis per medium dorſum a macula longitudinali frontis, alteraque cervicali inceptis, ſibi fere contiguis, rectis. Similis lateralis utrinque ab oculo per totum latus deſcendit, in cauda grandeſcens. Sub ea ſingulae ſquamae puncto fuſco notantur, unde tot ſeries punctorum, quot ſunt ſquamarum. Maxilla inferior integra, fortis, qualis

Digitized by Google

lis ſepium generi, lineolis diſtincta. Lingua obtuſe emarginata, inciſura brevi. Caudae poſterior dimidia pars ſquamis arctius appreſſis diſtinctiſſima, ſaturatior, magis polita, rigidior, ut crederes hanc caudae partem caſu abruptae renatam, quod ſepibus frequenter accidit. Squamae in abdomine medio ex atro plumbeae, marginibus magis argenteis, phalanges conſtituunt ſex longitudinales, in cauda demum quatuor. Ore acuto terebrat; paſcua, ruderata, muſcoſa loca etiam ad vias habitat, tacta aut alioquin irata riget inſtar ligni, et tum facile cauda abrupta disſilit. Hucusque Laurentius, qui ſpeciei caracteres poſuit hos: *aureo fuſcus, macula frontis cervicisque, ex quibus duae lineolae ſubcontiguae longitudinales.*

Poſtea Batavus *Van Lier* in libro: Traité des Serpens du pais de Drente, Amſtelodami 1781 edito et vernaculo Gallicoque ſermone ſcripto, p. 222. copioſiſſime deſcripſit et pictura coloribus oblita illuſtravit.

Nomen Belgicum is edidit *Hazelworm*, Haſelwurm, quaſi corylorum (ſub quibus lubens habitat) vermem dicas. Gallis *Avoyne* et *Orvet*, in Aragonia Hiſpaniae *Gripia* audit, teſte Introductione in Zoologiam Aragoniae p. 94. Suecis *Ormsla*, vel *Kopparorm*.

Batavi

Batavi notitia huius fere eſt argumenti. Cauda 8 pollices longa, reliquo corpore uno pollice longior, in aculeum tenuem deſinit; exemplum Gronovianum in Muſeo II. p. 54. deſcriptum, caudam habuiſſe mutilatam annotat *Van Lier*, qui colorem his verbis pinxit Gallice: *Tout le long du corps en deſſous ils ſont colorés d'une couleur melangée et ſombre tirant ſur le noir, laquelle depuis la tête jusqu'au bout de la queue paſſe de chaque côté en un brun rouſſâtre clair et luiſant, qui eſt partagé en deux par une ligne étroite, qui eſt noire et s'étend tout le long du milieu du dos ſans interruption, de ſorte que cet animal paroît être enduit d'un vernis, qui reſſemble en partie à du bronze poli et en partie à de l'acier bruni.* Cui deſcriptioni picturae colores non reſpondent. Dentium ſeriem ſimplicem in maxilla ſuperiore habere dicitur. Vivos foetus 10, pollices 2 longos in femina disſecta Auguſto menſe reperit vir doctus, qui maxima exempla hujus ſpeciei, quae unquam viderat, pollicum 15 longitudinem, dimidiatique pollicis craſſitudinem ſuperaſſe negat. Reliqua ex verboſa notitia repeti non merentur.

Galli *de Fay* exſtat in libro *Memoires et Obſervations ſur diverſes Parties de l'hiſtoire naturelle par M. de Fay. Paris* 1783. p. 65. haec

haec de fragili angui annotatio. Vidit ore exeuntem matris mortuae pullum, alterumque in disſectae utero reperit. Horum venter lineis duabus albis erat notatus; quibus mater carebat. Ipſe in pullo caudam multo graciliorem corpore reperi, brevis tamen aculeus in fine aderat. Color dorſi margaritaceus, laterum et ventris nigricans: medium dorſum linea atra dividebat. Series ſquamarum dorſalium ſex cum dimidia parte proximae margaritaceo ſunt colore: caudam ſupra tegunt ſeries ſquamarum majorum duae cum dimidiata parte proximae margaritaceo colore tinctae.

Habitat cava terrae, quam ipſe roſtro fodicat: in ſole tamen interdiu exiens apricatur. Victitat lumbricis, ſcarabaeis, ranis, bufonibus et muribus, quos plerumque integros deglutire dicitur a Gallo *de Sept-Fontaines* apud civem ejus Cepede. Quod mihi in tanta rictus anguſtia, oſſe intermaxillari gemino, ut in ſerpentibus reliquis, non dilatandi, incredibile videtur. Coitu ſexus uterque copulatus haeret diutius horae ſpatio: femina parit foetus vivos. In una 13 pollices longa 10, in altera 12 pollices longa 7 foetus reperti fuerunt, colore dilutiore imbuti, fere 21 lineas longi. Ineunte Julio menſe exuvias deponunt, apud ignarum vulgus

gus ubique veneni crimine, niſi damnati certe ſuſpecti.

Fragilem anguem affinitate proximum Chamae; ſauris eſſe docuit me anatomia, praecipue reperta ſterni pelvisque veſtigia manifeſta.

Cranium lacertino ſimillimum eſt. Os commune intermaxillare unicum tympani membranam ſuſtinet, muſculis et ſquamata cute abſconditam. Tympani membranam et reliquorum auris oſſiculorum fabricam cum lacertina convenire monuit jam olim Gallus *Geoffroi*, ſed is ductus ſemicirculares nullos reperit, qui tamen in externa cranii ſeu occipitis facie ſtatim perlucent. Verum doctiſſimus etiam Scarpa contra Godofredum illum monuit anguem fragilem (ipſe Caeciliam vocat) tympano gaudere carne obtecto, cavitate tympani et tuba: cavitatem pro ratione capitis magnam eſſe.

Trabecula perpendicularis, quae proceſſui palatino inſiſtens cranium fulcire ſolet in lacertis; unica eſt, nec ex cranio proceſſus ullus trabeculae occurrit, ut in ſcinco.

Viſcera et inteſtina eandem ſimilitudinem monſtrant, pulmo geminus, inteſtina aliquantum involuta, non recta, ovarium geminum in inferiore abdominis regione ſitum: coſtae ad anum deſinentes; cauda corpore longior,

ru-

rudimenta ſterni et pelvis. Fragilitas mihi ad ſolam caudam ſpectare videtur, quae plane ut in lacertis noſtris vulgaribus muſculis pluribus ſingularibus ſingularum vertebrarum, non uno vel duobus longis pertendentibus firmatur et continetur. Similis anguis fragilitas accedet pluribus aliis argumentis, quae ſpeciem iſtam lacertis vindicandam eſſe perſuadent. Sceleton anguis fragilis poſuit cum aliis animalium ſceletis *Meyer* Tomi I. in tabula 91., in quo tamen ſterni pelvisque nullum apparet veſtigium. Deſcriptio memorat breviſſime vertebras omnino 128, videlicet collares 3, trunci 62, caudales reliquas.

Ex aliena relatione Gallus Cepede anguem hunc caudae in gyros convolutae interdum innixum caput cum anteriore corporis parte tollere, hocque in ſtatu ſatis diu perſiſtere narrat p. 437, quod ipſe nunquam facientem vidi, aut qui vidiſſe ſe diceret, reperire aut legere memini.

Pertinere huc videtur notitia in Valisnerii Operibus T. III, p. 385. tradita his verbis: *Cecilia è un ſerpentello di non molta grandezza, d'oſcura pelle coperto, e ſotto il ventre nero col dorſo di nero e roſſigno macchiato. Striſcia velocemente, e la ſua morſura e pericoloſa.* Morſus noxam ex vulgi fabula recepiſſe vir doctus videtur.

Sed

Sed ibidem p. 371. aliam ſimilis ſerpentis, qui gregatim et innoxius ſepulchra Paduae habitare dicitur, notitiam propoſitam video, quam cives viri egregii olim melius, quam ipſe poſſum facere, interpretabuntur. Hoc enim ſatis intelligere mihi videor, eſſe animalculi formam ab angui fragili alienam et diverſam. En tibi verba: *Orbeſcicolo, quaſi un piccolo orbo o cieco, lungo circa un piede e mezzo, di un colore biancaſtro, lucido tirante al cenerognolo con alcune macchiette roſſiccie, non molto veloce al moto — per aver la coda corta e ottuſa con una piccola faſcia nerigna, che pare il collo, che il capo dal buſto divida.*

Ventris 135 caudaeque ſubtus ſquamas totidem numeravit Linnaeus. Cauda tamen corpore longior eſt; igitur ſquamae magnitudine paulatim decreſcere cenſendae ſunt.

## *Eryx.*

*Corporis ſupra ex griſeo fuſci lineae 3 nigricantes, media a capite ad extremam caudam protenſa, laterum utrinque una latiore infra caudam, multum corpore longiorem, abrupta, venter plumbeus.*

Hunc Gronovius Muſei II. no. 9. p. 35. Zoophylacii no. 87. ſupra cinereum, lineis

tri-

tribus nigris, ſubtus caeruleſcentem Surinamum habitare narravit, numero ſquamarum ventralium 126, ſubcaudalium 136 edito. Narium praeterea foramina utrinque gemina annotavit et Sebanam picturam II. tab. 21. fig. 4. comparavit, a Linnaeo ad meleagridem relatam.

Ex Gronovio notitiam Linnaeus in priores Syſtematis Editiones transtulit, fidem alienam obteſtatus.

Ex eodem Gronovio, non nominato tamen, omnem notitiam excerpſit Laurentius, *anguem longicaudam* vocans p. 69, quo ſilentio in errorem induxit Gmelinum, ita ut hic anguem longicaudam cum Linnaei meleagride falſo componeret.

Linnaeus in poſtrema Editione patriam Angliam addidit cum America ſubjunctis verbis: *D. Schene mſſ.* 120 — 137. *miſit:* quae interpretari demum potui, poſteaquam locum reperi in Pennanti Itinerarii Scotici (*Tour in Scottland* 1769) Appendice, et Zoologiae Britannicae Vol. III. p. 33, ubi exemplum novi, uti dicitur, anguis, 15 pollices longum his verbis deſcribitur: Belly of a bluiſh lead color, marked with ſmale white ſpots irregularly diſpoſed. The reſt of the body of a greyiſh brown with three longitudinal duſky lines, one extending from the head along

the

the back to the point of the tail: the others broader and extending the whole length of the ſides.

Hanc notitiam Pennantus acceptam refert Doctori *Skene*, qui idem eſſe debet, quem *Schene* Linnaeus nominavit. Ipſe de patria adhuc dubius haereo; aut potius Gronovianum anguem an recte cum notitia Skeniana comparaverit Linnaeus ambigo.

### *Ceraſtes.*

*Ventris albidi ſquamis hexagonis latioribus circiter* 200, *caudae* 15, *maxillarium duorum dentium apicibus maxillam ſuperiorem perforantibus et poſt oculos cornua mentientibus.*

Unus hucusque Haſſelquiſt in Appendice Itinerarii p. 369. no. 66. deſcripſit nomenque Arabicum *Harbaji* annotavit. Summa notitiae haec eſt. Longitudo corporis totius ſpithamarum 3, ab ano ad caudae apicem obtuſum pollicum 2, capitis dimidiati pollicis; craſſities digiti minoris. Caput ſubtriangulare, parvum, vertice parum depreſſum, laterum infra oculos declivium baſi protuberante; roſtrum obtuſum, oculi in medio capite, ad latera verticis, parvi rotundi, fuſci. Nares obliquae, in recta linea ante oculos,

pro-

proximae apici roſtri. Maxilla ſuperior paulo longior et acutior, ſubtus parum emarginata; rictus mediocris: linguae fiſſae ſetae duae longae. Denticuli minutiſſimi acuminati utriusque maxillae praeter duos molares maximos, maxillam ſuperiorem ad baſin perforantes, atque ita dum exeunt cornua mentientes. Baſis horum dentium officio fungitur, inaequalis, marginibus angulata ſcabra, in medio convexa. Apex extra cranium pone oculum utrinque prodiens et cornu ſimilans eſt acuminatus, poſtice convexus, antice parum arcuatus et per longitudinem excavatus. Uterque valde mobilis facile ex ſuo alveo eximi poteſt. Caput et gula ſquamis ſubrotundis tegitur, corpus cylindrum, verſus caput anguſtius, in dorſo imbricatur ſquamis minutiſſimis, elliptico-oblongis, denſis, in lateribus utrinque ſquamis rhomboideis, in ventre ex oblongo hexagonis, transverſis, circiter 200 in cauda ſubtus 15 ſimilibus. Color capitis albido nigroque varius, dorſi nigreſcens cum maculis albidis, magnis, irregularibus, hinc inde repentibus: ventris albidus, laterum maculis nigreſcentibus et albidis parvis varius. Habitat Aegyptum.

Ja-

*Jaculus.*

*Praecedentibus ſimillimus, cauda breviore, craſſitie corporis minore, maculis dorſi frequentioribus et anguſtioribus, maxillae inferioris dentibus anterioribus duobus longioribus differt.*

Primus Haſſelquiſt in Itinerarii Aegyptiaci Appendice p. 363. no. 64. ita deſcripſit, omiſſa tamen nominis et patriae mentione. Longitudo totius corporis eſt 2 ſpithamarum, caudae pollicis 1, capitis ¼ pollicis, craſſities minor quam in praecedente. Caput parvum, convexum, utrinque parum compreſſum, declive verſus roſtrum breve obtuſum, pone maxillas protuberans: maxilla ſuperior longior, craſſa, parum emarginata, magis acuminata; lingua ut in praecedente; denticuli utriusque maxillae minutiſſimi, ſubulares: duobus anterioribus maxillae inferioris longioribus: oculi et nares, ut in praecedente, nares tamen minores. Squamae dorſi et laterum, gulae, capitis ventris et caudae plane ejusdem magnitudinis et figurae ut in praecedente; quarum numerus in ventre eſt 186, ſub cauda 23, cauda craſſiuscula, apice obtuſo. Color praecedentis, maculis tamen dorſi albidis frequentioribus et paulo anguſtioribus.

Trans-

Digitized by Google

Tranſmiſſum ex Aegypto exemplum Linnaeus in Muſeo Frid. Adolphi II. p. 48. ita deſcripſit: Corpus bipedale, craſſitie digiti, colore ex pallido et fuſco pulchre variegato, caput inerme: ſquamae ſub abdomine latiores in hac ſpecie quam in congeneribus: et fere colubri, 186, ſed ſub cauda vix alternant ſquamae, at ſtatura corporis cum anguibus convenit. Cauda $\frac{1}{12}$ totius, ſquamis 23. Hucusque Linnaeus, qui praecedentis ſimillimi exemplum vidiſſe et comparaſſe non videtur. Alioquin ipſe facile potuerat incidere in ſuſpicionem, quae mihi in mentem venit, eſſe hanc ſpeciem ſexu a praecedente diverſam.

*Meleagris et Miliaris.*

*Corpus glaucum ordinibus punctorum atrorum vel fuſcorum vel griſeorum 18 notatum, cauda ſubtus ſquamis majoribus quam truncus tecta.*

Linnaeus in prioribus Syſtematis Editionibus angui bipedi ſimilem, glaucum, punctis nigris multiplici ordine longitudinali notatum dixerat, numerumque ſquamarum ventralium ſubcaudaliumque 165—32, ediderat. Patria Indiarum illi aſſignatur, et pictura Sebana II. tab. 21. fig. 4. comparatur.

In

In Muſeo Frid. Adol. II. p. 48. notitia accuratior haec exſtat. Facies anguis bipedis, corpus ſpithamaeum, laeviſſimum, glaucum, ordinibus punctorum griſeorum 18, maculis in ſingulo ordine circiter ducenis: cauda obtuſa, ſquamis ſubtus majoribus, quam truncus, tecta.

Laurentius repetita brevi Syſtematis notitia ex Muſeo Turriano Viennenſi varietatem punctis fuſcis notatam ſubjunxit. Punctorum igitur color inter nigrum, fuſcum et griſeum variatur. Pictura Sebana punctorum vice maculas trigonas oſtendit.

Quem Index Muſei Linckiani pro Meleagride Linnaei angue venditat, inter picturas anecdotas no. 84. delineatus per dorſum usque ad extremam caudam ſeries ſquamarum latiuſcularum, rotundarum ſex limbo fuſco marginatarum gerit, proximam vero utrinque ſeriem macula tantum fuſca in parte ſuperiore diſtinguit. Cauda ⅛ corporis, gracilior trunco, apice obtuſa; color inferni corporis ex flavido albicans: oculi parvi: roſtri apex ſquama vel ſcuto lato veluti larva induitur, cui ſuperne nares minutiſſimae inſculptae ſunt. Poſt hanc larvam adeſt ſcutum minus, rotundum: mentum cum dimidia labii parte ſcutum latum tegit, ut in angue reticulato.

 Gal-

Digitized by Google

Gallus Cepede non viſum anguem cenſuit eſſe eundem, quem doctiſſimus Pallas ſub nomine *miliaris* deſcripſit Itinerarii II. p. 718, cujus hanc tibi habe notitiam ex libro Pallaſii excerptam.

Forma ſcytalae, craſſities digiti minimi, longitudo 14 pollicum, cauda 2 pollices longa, corpore paulo tenuior, cylindrica, obtuſa, albo varia. Caput griſeum, nigro conſperſum, truncus ater, in dorſo punctis griſeis, ad latera pallidis creberrimis conſperſus. Squamae ventrales 170, ſubcaudales 32. Habitat verſus mare Caſpium.

Quem in *Muſeo Ducali Brunovicenſi* titulus Meleagridem nominabat, is caudam dimidiata corporis longitudine gerit: caput anterius et ad latera ſquamis polygonis imbricatur: inter oculos adeſt ſcutum triangulare; poſt id tria juxta ſe poſita transverſim; poſtea medium ſcutum magnum rotundiuſculum; palpebra ſuperior ſquamis tota imbricatur. A vertice inde per medium dorſum linea anguſta ſinuatur per ipſam commiſſuram ſerierum mediarum duarum ſquamarum rotundarum, ita ut ſtriae duae, ſibi ex utraque parte conjunctae, maculam ſagittaeformem in commiſſura effingant. Juxta utrinque lineae ternae punctorum adſunt. Latera et ventrem ornant ſquamae in medio nigro maculatae,

mar-

Digitized by Google

margine cinereo, qui color eſt corporis ſuperni. Cauda paulatim deſinit in apicem obtuſum.

Dubius igitur de meleagride Linnaei haereo, non minus quam de miliari Pallaſii, nec alterum magis quam utrumque mihi unquam viſum eſſe affirmare auſim.

### *Melanoſtictus.*

*Meleagridi ſimillimus, ex ruſo fuſcus,* 8 *vel* 10 *lineis punctorum atrorum notatus, cauda longiore diverſus.*

Caput collo aequale, ovale, obtuſum, ſupra convexum, ſcutis irregularibus tectum: primum par nares perforant: ſequitur ſcutum transverſum lagenae figura: quartum deinceps inter oculos ſitum ovale, latum: poſtea quintum ſagittaeforme: poſtrema duo oblonga, ovata, occiput transverſim tegunt: maxillae inaequales, rictus anguſtus, dentes parvi, recurvi: palatinus pecten dentatus geminus adeſt: oculi parvi, ovati, laterales: nares roſtro extremo proximae, minutae. Truncus cylindricus, fere ubique aequalis craſſitie, ſeriebus 8 vel 10 ſquamarum parvarum, rotundarum, puncto nigro notatarum, usque ad extremam caudam, imbricatur. Longitudo 10½ pollices, craſſities pennam olorinam aequat: cauda teres,



Digitized by Google

res, laevis, 4½ pollices longa, aequalis craſſitie, in mucronem obtuſum deſinit. Color ex rufo fuſcus, caudae pars cinerea: ſcutella ventralia 151 et ſubcaudalia 120 ſplendide albent, nullis punctis oblita. Indigenae Indi, uti alias, hanc ſpeciem bicipitem anguem vocant, *Rondu Talulu Pam*, narrante Ruſſelio p. 48, qui pictum in tabula XLII. exhibuit. Agilis corpore, cum hoſtem inſtare videt, terebratam ore arenam ſtatim ſubit. Ipſe notitiae auctor propter caudae longitudinem majorem a Meleagride Linnaei diverſam ſpeciem recte cenſuit.

### *Clivicus.*

*Corpore ex cinereo et fuſco mixto, caudae vix longitudine dimidiata trunci.*

Quem Laurentius ex Geſneri Serpentium hiſtoria p. 69. ita notavit: *corpore ſubaequali cinereo fuſco, fronte ſcuto majore cordiformi. Habitat Cliviae frequens*; eundem loco Geſneri eodem laudato Gronovius Muſei p. 54. no. 8. accuratius deſcripſit, quem non nominatum, uti ſolet, exſcripſit Laurentius. En tibi notitiam Gronovianam! Caput parvum, anterius anguſtius; roſtro obtuſo, ſupra parum convexum et depreſſum, utrinque compreſſum, ſcutis ſupra irregularibus magnis tectum, quorum

rum centrale maximum, cordiforme: oculi valde parvi, nigricantes: nares extremo roſtro inſident, maxilla ſuperior paulo longior, dentes ſatis magni, aequales, ſubulares, introrſum flexi: lingua lata, inciſa: truncus verſus anum craſſior, teres, infra ſquamis 137 tectus: cauda craſſa, paulo gracilior medio trunco, vix dimidiata ejus longitudine, infra 43 ſquamis tecta, in apicem craſſum obtuſum, rotundiuſculum deſinit. Color ex cinereo et fuſco mixtus. Cliviam habitat. Zoophylacium no. 86. addit Aquisgranum et Angliam patriam. Gmeliniana Syſtematis Editio *clivicum* ex rivulo Laurentii derivavit, fontem Gronovianum ignoratum omiſit. Hanc etiam ſpeciem in aliis diligentius examinandam commendo.

*Reticulatus.*

*Colore ex cinereo nigricante, ſquamarum diſco albicante, ventre ex flavo albicante.*

Linnaeus breviter colore ſquamarum fuſco, diſco albo notaverat, comparato Gronovii Muſeo II. p. 54. no. 7, ex quo appoſuit Scheuchzeri tabulam 747. fig. 4, quo alioquin uſus eſſe non reperitur.

Gronovius caput valde parvum ait, rotundiuſculum, anterius parumper acuminatum, ſupra ſquamis majoribus polygonis tectum:

Digitized by Google

ctum: linguam latam, leviter inciſam: corpus capite aequale, teres, parte poſteriore paulo gracilius, ſquamis minutis imbricatum, quarum ſeries in ventre 177, ſub cauda paulo graciliore, terete, 37 numerantur. Color dorſi ex nigro cinereus, ſquamis mediis albis, unde dorſum apparet reticulatum, venter ex flavo albicat. Longitudo corporis totius 7 pollices 8 lineas aequat, usque ad anum tantum 6 p. 4 lineas: capitis ad angulos oris 2 lineas, latitudo ſupra hos angulos 2 lineas, medii inter caput et anum corporis 3 lineas, in ipſa ani regione 2½ lineas. Surinamum habitare dicitur. Zoophylacium no. 85. addit, caudam tertiam totius longitudinis partem habere, et ad Linnaei reticulatum anguem refert. Comparavit vir doctus Scheuchzerianam tabulam 747. fig. 4, quae quanquam rudis, notas tamen ſpeciei ſatis manifeſtas gerit. Pictura inter anecdotas no. 33, ex qua tabula expreſſa eſt illa, ventris extremique capitis monſtrat colorem ochraceum dilutum: dorſique ſquamas ex nigro fuſcas colore dilutiore marginatas.

Laurentius brevem notitiam ex Gronovio non nominato excerpſit.

Hoſpitem *Muſei Blochiani* huc referebam, quem antequam accuratius inſpicere licebat, ita notaveram. Corpus ſquamis ovalibus imbri-

bricatum, caput ſcutis tectum: labium inferius et mentum ſimul tegitur ſcuto magno, a quo ſequuntur ovales ſquamae. Cauda fere aequalis trunco, obtuſa, ſextam totius longitudinis partem ſibi vindicat: color cinereus: dorſi ſquamae anterioris partem poſticam fuſcam anticam albicantem, contra dorſi poſterioris ſquamae poſticam albam, anticam cum margine fuſcam gerunt, per ſex ſeries omnino diſpoſitae.

Poſtquam in *Blochianum Muſeum* immigraverat, vitro exemtum accuratius inveſtigavi. Sub cauda ſquamarum ſeries 37 numeravi: ſub ventre non potui numerare ſplendore cum parvitate conjuncto impeditus. Squamae omnes aſperae tactu inſpicienti curatius oſtendunt plures particulas lineis aſperis in ipſa commiſſura eminentes. Capitis ſcutum anterius omnium maximum, fere trigonum, nares continet, rima horizontali retrorſum patentes, ſimulque labii fere dimidiam partem tegit: ſequuntur ſcuta duo minora; quartum trigonum, parvum, medium jacet inter ſcuta duo poſteriora. In maxilla inferiore dentes pro ratione corporis magni, conici, rari: maxilla ſuperior longior, roſtro obtuſo, rotundiuſculo.

Cum hoc exemplo plane conveniebat *Lampianum*, quod poſtquam comparaveram, magis

magis etiam dubitare coepi, num reticulatam Gronovii et Linnaei ſpeciem viderim, an ipſe Gronovius plures easque inſignes beſtiae notas omiſerit.

*Maculatus.*

*Dorſum luteum vel fuſcum macularum quadratarum, vel rotundiuſcularum ſerie gemina, lineis obſcurioribus ſeparatarum, reticulatum: ventrem faſciae transverſae fuſcae et albae alternant.*

Hunc Linnaeus in Muſeo Frid. Adolphi I. p. 21. deſcripſit et in tabula XXI. fig. 3. pinxit. Caput dixit parvum, laeve, ſquamis imbricatum, oculos parvos, nares fere inconſpicuas: maxillam ſuperiorem paulo longiorem, inferiorem linea longitudinali exaratam: corpus cylindricum, ſeriebus ſquamarum in ventre 200 ad 204, ſub cauda obtuſa 22 tectum. Longitudo pedem ſuperat, craſſities digitum aequat. Color ſupra flavus, linea fuſca diviſus, transverſis fuſcis lineisque latioribus 45 decuſſatus, unde exiſtunt macularum lutearum majorum paria 45, quibus beſtiam Linnaeus diſtinxit.

Huc retulit ipſe Gronovius anguem Surinamenſem a ſe deſcriptum Muſei II. no. 5. et his fere notis diſtinctum. Caput corpori aequale,

Digitized by Google

aequale, non diſtinctum a collo, declive verſus roſtrum, ſquamis polygonis tectum, quarum media fere trigona. Nares, oculos, roſtrum, maxillas, linguam, dentes, omnemque corporis formam anguem ſcytalen a ſe deſcriptam referre ait: ſquamas eſſe laeves, tenues, ſplendidas, magnas, earumque ſeries 195 in ventre conſpici, ſub cauda paria adeſſe ſeptem. Colorem hepatico alboque variari: per dorſum et utrinque a capite per latera et caudam extendi lineam hepaticam: inter has lineas 3 incluſas conſpici per latera maculas albicantes, rotundiuſculas: ventrem faſciae transverſae hepaticae et albae alternant. Longitudo totius corporis aequat 9 pollices 8 lineas, usque ad anum tantum 9 poll. 6 lineas: craſſities roſtri lineam cum dimidia, capitis 3 lineas, corporis poſt caput 2½ lineas, inter caput anumque medii 4 lineas, juxta anum 2 lineas, caudae extremae 1 lineam. Comparavit Gronovius tabulam Scheuchzeri 606, B Sebanam I. tab. 53. fig. 7. et II. tab. 100. fig. 2.

Laurentius notitiam Linnaeanam in compendium redegit, ſolamque Linnaei picturam comparavit, nomine *maculati* retento, quod merito in *reticulati* mutari debuit, niſi id nomen antea immerito angui facie et colore plane diverſo fuiſſet inditum.

Ex-

Exempla ex India orientali illata *Muſeo Blochiano* duo priora a ſcutis inde mentalibus ſub ventre ſquamarum multo majorum, rotundiuſcularum 193 ſeriem gerebant: ab ano ad apicem caudae ſquamae 5 tantum aderant: vicinae his ventris caudaeque ſquamae etiam majores et rotundiuſculae ſunt: dorſi vero et laterum ſexangulares minores. Oculi minimi: lingua incisa, nullo colore tincta: dentes utriusque maxillae ſuperioris et inferioris exiles. Corpus ſupernum ornatum ſerie gemina macularum majorum, quadratarum vel rotundiuſcularum, caeruleſcentium, lineis longitudinalibus et transverſis ſeparatarum: ventris lineae transverſae caeruleſcentes latiores, quaedam coeunt, aliae invicem ſe praetereunt. Fundus erat griſeus, infra ex albo flavicans, margo ſquamarum ſuperiorum ex rufo fuſcus; caput ſcutis 9 tectum: maxilla inferior paulo brevior. Alterum exemplum ſubcaudales ſquamarum ſeries 6, et maculas laterum lineis fuſcis ſeparatas habebat. Utrumque juxta maculas majores minorum ſeriem gerebat inſcriptam. Tertium et quartum caſtaneum macularum colorem lineis atro fuſcis diſtinctum gerebat: in quarto venter albicabat, et juxta maculas laterales utrinque apparebat ſeries continua minorum macularum albentium, quae taeniae ſpeciem imitantur.

Lau-

*Hepaticum* Laurentius corpore aequali, linea ſummi dorſi laterisque ſinguli parum undulata, hepatica, intervallis hepaticis, maculis ſubrotundis albidis diſtinxit, habitare Surinamum, hoſpitari in Muſeo Gronoviano dixit. Addidit Scheuchzeri Phyſicam ſacram, ſed tabulae numerum omiſit. Eſt videlicet is anguis a Gronovio Muſei no. 5. deſcriptus et in Zoophylacio p. 18. ad Linnaei maculatum relatus. Scheuchzeri pictura cum notitia Gronoviana non congruit: capitis corporisque colorem hepaticum edit notitia Scheuchzeriana. Gmeliniana Syſtematis Editio Linnaeani hunc Laurentii hepaticum anguem ſeorſim collocavit, nec fontem, unde omnis notitia fluxerat, indicavit.

*Corallinus et ater Laur.*

*Corpus ſupra rubrum infra croceum zonae atrae, quaedam abruptae, cingunt.*

Corallinum Laurentius *corpore aequali, ſaturate corallino, faſciis dilute rubellis, in quibus apices ſquamarum nigri ſunt, cinctum* Braſiliam habitare ait, comparata pictura Sebana II. tab. 78. fig. 2. *Atrum vero corpore aequali atro, faſciis albis, in quibus apices ſquamarum nigri ſunt, cincto,* diſtinxit, et habitare

bitare Zeylonam dixit, comparata pictura Sebana in tabulae ejusdem fig. 3. propoſita.

Sebanus annotator *corallino* ventrem addidit croceum ſquamasque rhomboideas: in *atro* ſquamas ſubrotundas diſtinxit, faſciasque ventrem ambire negavit.

Pictura Sebana utraque ſcuta ventralia et ſubcaudalia monſtrat: propter aequalem capitis caudaeque craſſitiem annotator Sebanus animal utrumque cum Amphisbaenis comparavit:

Pictura inter *Linckianas* anecdotas no. 54. ex qua tabula Scheuchzeriana 268. f. B expreſſa eſt, anguem habet ſupra colore corallii rubri imbutum et zonis mox integris modo abruptis cinctum atris, quarum prima oculos cum collo tranſit: roſtrum atrum eſt, venter cum cauda ſubtus flavet. Animal ipſum, quod pictura imitata eſt, reperire in Muſeo Linckiano non potui.

Vix dubito eundem eſſe anguem, quem ſub *rubri* (*Le Rouge*) nomine Gallus Cepede p. 450. deſcripſit ex Caienna, ubi *Gallicis* colonis *Serpent de Corail* audit, transmiſſum. Squamas hexagonas corallii rubri colore tinctas alboque marginatas habet: ventris dilutior color eſt: faſciae nigreſcentes corpus ambiunt. Squamae ventrem latiores mediae, quam in plurimis congeneribus, tegunt 240,

cau-

Digitized by Google

caudam breviſſimam ſubtus *a a*. Longitudo exempli deſcripti erat 1 pedis cum 6 pollicibus, cauda 6 lineas tantum aequabat. Vivos edit foetus, morſumque venenatum habere dicitur. In Guiana viperis annumeratur.

*Rufus.*

*Colore rufus, ſubtus lineis transverſis albis interruptis varius.*

Hunc Laurentius cum eodem nomine *corpore aequali, rufo, lineis transverſis albis interruptis, abdomine vario* diſtinctum habitare Surinamum et in Muſeo Gronoviano hoſpitari dixit. Quo indicie notitiam omnem a Gronovio translatam agnoſcimus. Is ſcilicet Muſei II. p. 54 no. 6. anguem hunc accurate deſcripſit, ſcuta ventralia 179, ſubcaudalia 7 aſſignans. Corpus eſt aequale totum; *color rufus, lineis transverſis albis interruptis ſubtus varius.* Quae verba peſſime interpretatus Laurentius lineas transverſas albas ad corpus ſupernum transtulit, abdomen varium ſimpliciter fecit. Gmelinus primum ex Laurentio anguem *rufum* retulit, deinde ex Gronovio vel potius ex Boddarto (in Novis Actis Academ. Natur. Curios. VII. p. 25. no. 3.) quaſi diverſum *ſtriatum* poſuit.

Hunc

Hunc in Muſeo aliquo Berolinenſi forte repertum ſtatim agnovi. Cauda obtuſa in mucronem deſinit: eam mediam ſubtus ſeries ſquamarum 7 tegit: reliqui corporis ſquamae rotundae ſenſim verſus latera et ventrem majores fiunt. Colorem rufum per latera variegant zonae albae alternis dextra ſiniſtrave interruptae: ventrem zonae alternant albae rubraeque. Oculi parvi: caput ſquamis majoribus quam truncus imbricatum. Poſtea idem exemplum transierat in *Muſeum Blochianum*, ubi alio liquore vinaceo conditum colorem in griſeum ardeſiae ſimilem mutaverat. Verum hinc illae ſquamae cuticula ſua nudatae colorem rufum monſtrabant. Caput fere ut in natricibus tectum ſcutis videbatur iterum conſideranti: dentes maxillae ſuperioris geminae et inferioris pro ratione corporis magni, firmi et immobiles.

Hunc eundem anguem Scheuchzeri tabula 748. fig. 6. reddere videtur, cui haec adjecta deſcriptio exſtat: *Amphisbaena Iſebequenſis aerei vel rubicundi coloris, maculis vel lituris albis in collo et ad dorſi latera notata, capite veluti reticulato cupreo, ſed in occipite albo diademate inſignito, extrema cauda alba.* Index Muſei Linckiani hanc tabulam p. 78. refert ad anguem maculatum Linnaei. Pictura inter anecdotas 31, ex qua tabula Scheuchzeri

zeri expreſſa fuit, colorem ventris non magis quam imitatio reddidit. Eandem mihi tum videbatur ſpeciem pictura Sebana II. tab. 25. fig. 1. aemulari, cujus notitia haec tradita legitur: *Ibyara Braſilienſium rubore corallino per dorſum pingitur, dum ventrem variegat diluta rubedo.* Pictura tamen ani regionem non deſignavit.

Poſtea *Muſei Linckiani* amphibia perluſtrans incidi in exemplum ſatis amplum, quod cum ipſis coloribus, quibus recens vinaceo liquore condita beſtia tincta erat, reddit pictura inter anecdotas Linckianas 30, ex qua expreſſa eſt tabula Scheuchzeriana 629. F. Notitia Scheuchzeri caput diademate albo coronatum, dorſum albo nigroque teſſellatum, uti etiam ventrem ex albo flavicantem, caudam, zonas atrofuſcas albasque cingere refert. Dorſi ſquamae ſunt rhombeae, ex atro fuſcae, interlucente cuticula alba et veluti limbo ſquamas cingente: verſus latera ſquamae paullatim majores factae transeunt in hexagonas et rotundiuſculas: ſub ventre et cauda omnium ſunt maximae: Duobus capitis ſcutis maximis poſt naſalia ſitis maculae duae inſunt albae, rotundiuſculae: occiput cum collo anulus albus cingit: alter ſimilis ventrem amplectitur et latera, tertius paulo altior in dorſo tamen non coit: quartus ſemicirculus ven-

ventrem ambit, poſt eum major et altior ſequitur: deinceps ventrem usque ad caudam faſciae transverſae modo integrae modo dimidiatae ornant. Caudam brevem anulus fere integer ambit, oculi parvi caerulei; maxilla inferior brevior: dentes inſpicere per vitrum non licuit.

Alterum exemplum liquore vinaceo conditum et numero 650 ſignatum limbo albo ſquamarum dorſalium carebat; nec enim corpus diſtentum ſquamarum interſtitia laxaverat. Colore idem fere erat; anuli tamen majores dorſum fere totum ambiunt: plures etiam fine utroque aperti ſupra ſe invicem praeteribant. Hanc varietatem pictura inter anecdotas 75 reddidit.

*Scutatus Gronovii.*

*Corpus nigro alboque anulatim varium, infra ſcutis in ventre et cauda tectum.* $\frac{250}{26}$.

Gronovius in Muſeo II. no. 10. deſcripſit et cum Boa ſcytalo Lin. comparavit; a quo tamen plane diverſum animal affirmavi ſupra in Boa Scytale. Gronovius Scytalae novum genus ipſe deſcripſit capitis ſquamis maximis, polygonis et polymorphis tecti, caudae craſſae cylindricae, ſcutis ventris 250, caudae 26. Figura corporis et caudae proxime ad

Angues

Angues accedere fatetur; ſcutis tamen caudalibus Cenchridem (Boam) referre; hinc inter Angues et Cenchridem medium genus eſſe. Caput eſt oblongum, anguſtum, ferme cylindricum, antice rotundato-obtuſum, ſuperne convexum, ſquamis polymorphis tectum: ſcilicet a roſtro usque ad oculos ſunt paria 2 ſquamarum quadratarum, dehinc centralis cordiformis acumine retroverſo; utrinque ad latera centralis adeſt unica parva, ſub qua oculus ſubeſt: verſus poſteriora adſunt duae ferme triangulares maximae totum occiput tegentes: latera capitis convexa et recta: maxilla inferior multo brevior: oculi minutiſſimi, ſubrotundi, laterales: truncus oblongus, tenuiſſimus, a capite non diſtinctus, ad anum ferme ejusdem latitudinis: cauda breviſſima, craſſiuſcula, trunco tenuior, in apicem acutum exiens: color ex albo et nigro anulatim varius. Longitudo corporis totius unciarum 9, caudae 10 linearum, capitis 4 linearum.

Laurentius *Anguem ſcutatam* dixit, ſed peſſimo exemplo Gronovii auctoritatem tacens, laudata quamvis eadem Scheuchzeri tabula 737. fig. 1. notas ſpeciei nunquam a ſe viſae interpolavit. *Corpore*, inquit, *ſubaequali tenuiſſimo; faſciis albis nigriſve undulato: caput ſcutis latis: cauda acutiuſcula.* Re-

liquam hujus ſpeciei hiſtoriam in Boa Scytale enarravi.

*Gronovianus.*

*Capite colubrino, corpore ſupra flavicante, in ventre ſcutis* 180, *in cauda* 72 *tecto.*

Priori ſimilem corporis forma dixit Gronovius Zoophylacii no. 89, genere novo Scytalae complexus. Caput more colubrorum ſquamis (id eſt ſcutis) tectum, cauda ſubulata, acuminata, dimidium totius longitudinis tripedalis aequans, ſcutis infra 72 tecta; venter ſcutis 180 tectus: color flavicans, ſubtus albidior: extremae ſquamae dorſales ſubrufeſcunt. Guineam habitare dicitur. Poſt Gronovium nec Laurentius nec Linnaeus ſpeciem memoravit.

*Colubrinus.*

*Corporis fuſci ſquamae et maculae rhomboideae, ventris ſcuta* 180, *caudae* 18.

Brevis Haſſelquiſtii notitia Itinerarii p. 369. verſionis germ. capite, lingua, corpore ſimilem anguibus ceteris tradit: dentes breves, craſſiuſculos, raros: ſquamas 180 ventris, 18 caudae brevis, parumper acuminatae, ſubtus



Digitized by Google

tus oblongas, hexagonas: reliqui corporis majuſculas, rhomboideas: ani rima ſatis magna. Color fuſcus maculis albis rhomboideis parvis varius. Longitudo 5 ſpithamarum, craſſitudo pollicis. Habitat Aegyptum. Ex cognomine *colubrini*, quod excogitavit Haſſelquiſt, ſimilitudinem ſcutorum ventralium et caudalium ei aliquam cum ſcutis colubrinis intercedere ſuſpicor.

*Typhlopes, i. e. oculis tectis et per ſquamas translucentibus. Species 5 priores roſtro lato rotundo ſuperne ſcutis magnis tecto, ore infero invicem ſibi ſimiles.*

### *Lumbricalis.*

*Colore albido totus ſplendet.*

Jam olim notus Sebae I. tab. 86. fig. 2, quem deinde Brown in Hiſtor. nat. Jamaicenſi deſcripſit et pinxit tab. 44. fig. 1., deſcripſit modo Gronovius Muſei II. no. 3. notitiam mancam non viſi animalis dedit Laurenti p. 73. nuperrime deſcriptam pinxit Cepede p. 455. tab. 20. fig. 1. qui ſpeciem hanc in inſula Cypro nomen *Anilios* gerere refert, mihi non ſatis locuples teſtis.



Digitized by Google

### *Crocatatus.*

*Priori capitis forma ſimilis, ſed craſſior et maior, colore ventris croceo dignoſcitur.*

Exemplum a Weigelio deſcriptum (*Schriften der Berlin. Naturf. Geſ.* 3. p. 190.), quod nunc aſſervatur in Muſeo Sociorum Berolinenſium, ipſe inſpexi et cum notitia auctoris nominati comparavi, item cum exemplo *Blochiano* minore, in quo linguam bifidam albam agnovi; palati aſperitatem aliquam pertentando ſenſi, non item maxillae inferioris; dentes non vidi. *Roſtralem* Weigel, *naſutum* Syſtema Gmelianum vocaverat; quod nomen abdicavi, quod forma roſtri illi cum priori et ſequenti communis eſt.

### *Faſciatus.*

*Capitis forma prioribus ſimilis, primo minor, colore albo faſciis fuſcis variato diſtinguitur.*

Primus ſub eodem nomine deſcripſit Laurenti p. 70, cujus notitiae comparato exemplo *Blochiano* haec addo. Cauda aequalis, extrema media aculeo terminatur; ab ano usque fere 16 ordines ſquamarum adſunt: lingua atra bifida; dentes nullos videre nec perſentiſcere potui.

Cine-

*Cinereus.*

*Priori ſimilis, colore cinerea dignoſcitur.*

In Muſeo olim Rebeltiano Berolini aſſervabatur ſiccus, $1\frac{1}{2}$ pedem longus; cauda craſſior, media aculeo terminabatur; anus magis a cauda extrema diſtabat, quam in priore; ſcutum medium rotundum frontis majus quam in faſciato.

*Septemſtriatus.*

*Capitis forma prioribus ſimilis dorſi lineis 7 nigrofuſcis diſtinguitur.*

Exemplum Muſei *Lampiani* dorſi ſtraminei colore ſquamas rotundas puncto fuſco notatas habebat, quae lineas 7 nigrofuſcas formant; praeter eas in latere utrinque una linea evanida aderat: cauda craſſior capite, aculeo obtuſo terminabatur, brevis, ordinibus fere 12 ſquamarum ab ano disterminabatur. Caput anterius ſcutis 3 tectum, quorum medium maximum; in minore utrinque nares.

*Oxyrynchus.*

*Roſtro corneo ruſo anguſto maxilla ſuperior terminatur, cauda ſcuto corneo ovali ruſo.*

Poſt roſtrum labia utrinque teguntur ſcutis gradatim majoribus quaternis; juxta et ſupra

ſupra ſimul adſunt quaterna majora paulo, quorum primo inſunt nares apertae, tertio oculi tecti. Inter orbitalia ſcuta, inter duo frontalia majora, et alterum utrinque laterale adeſt triangulare aliquod. Maxillae ſuperioris geminae dentes perſentiſcere potui, non item inferioris. Corpus ubique ſquamis hexagonis aequalibus tectum, niſi quod ventris ordines fere 222 paulo majores eſſe videntur; ſupra colore fuſco obſcuriore, infra dilutiore. Exemplum alterum iunioris animalis a Johnio ex India orientali ad *Blochium* meum cum altero miſſum lacertam punctatam L. pictura referebat corporis; ſquamis hoc 8 maius 6 anum a cauda extrema diſtinctum gerebat.

*Ventralis.*

*Sutura lateralis trunci, cauda corpore triplo longior, color ex cinereo virens.*

In poſtrema Syſtematis Editione Linnaeus hanc ſpeciem ex aliena Dr. Garden notitia addidit atque his verbis deſcripſit. *Habitat in Carolina, a Catesbaeo Carol.* 2. *tab.* 59, *ſub nomine Caeciliae maculatae pictus, ex cinereo virens, elevato ſtriatus, vitta laterali nigra: abdomen breve, quaſi ſutura cava annexum; cauda verticillata, corpore triplo longior.*

Poſt

Poſtea Britannus *Gray* caudam cum reliquo corpore, comparatam $\frac{2}{3}$ totius longitudinis habere ait; idem ſimul recte dubitat, an non potius ad lacertas ſit referendus propter aurium foramina in gemino exemplo reperta. Quanquam eundem rurſus genitalia membra duo, aculeis hiſpida, ſin altero exemplo exſerta, dubium reddiderunt. Iſtam enim genitalium membrorum geminorum maſculorum formam vir doctus ſerpentium generi peculiarem credebat. Verum in gemino exemplo lacertae Ameiva Linnaei, quod eſt in *Muſeo Univerſitatis Hallenſis*, pariter genitalia gemina maſcula, plus quam pollicem longa et exſerta, ſine cartilagineo in clavas duas aculeatas diviſo reperi. Adultum anguem ventralem (Britannici coloni Americae vocant vitreum) pedes duo cum dimidio longitudine, $\frac{3}{4}$ pollices craſſitie aequare narrat Bartram Itinerarii p. 188. Caudam ſenſim gracileſcere: colorem corporis referre vitrum virideſcente caeruleo colore tinctum: caudam virga tactam facile abrumpi. Satis agilem, cum terretur, celeriter ſub gramine aut frondibus abſcondi. Nihil in verboſa viri docti notitia de aurium foraminibus annotatum reperi; nihilo tamen minus certum et perſuaſum mihi habeo ex notitia Graiana beſtiam Chamaeſaurarum agmen claudere debere.

Gra-

*Granulatus vel Acrochordus.*

Ex Muſeo Huttuyni pertinet huc notitia ſequens, ibi p. 29. ſub numero 253. propoſita:

Anguis granulatus: *Een zeer rare zwartachtig bruin roode Slang uit Bengale wiens Huid geheel ſchynt bekleed te zyn met korrelige Schubbetjes. Een zeer zeldaam Voorwerp.* i. e. rarus anguis Bengalenſis, cujus cutis tota ſquamis parvis granorum inſtar tegitur.

Non dubito hunc eundem eſſe colubrum, quem inter piperiferas arbores inſulae Javae forte repertum ſub nomine *acrochordi* deſcripſit et pinxit Hornſtedt in Actis Academiae Stockholm. anni 1787. p. 306. Corpus ultra 8 pedes longum, (cujus cauda gracilis, ab initio 6 lineas craſſa, pollices 12 occupabat) teres, totum eſt verrucis vel tuberculis tribus carinis eminentibus tectum, caput depreſſum, ſquamis parvis imbricatum, rictus anguſtus; maxilla utraque dentium ſerie gemina non veneniferorum armatur. Venter verſus anum ad pollicum 3 craſſitudinem et ultra tumebat: cujus tumoris cauſam eſſe vulvam foetibus vivis 5, pollices 9 longis repletam diſſecta beſtia conſtitit. Color ſupra ex terraceo fuſcus vel nigricans, infra albicans, latera albicantia nigro maculata.

Exemplum Muſei Britannici 3 pedes longum deſcripſit et denuo pinxit *Shaw* in libro

*The*

Digitized by Google

*The Naturaliſt's Miſcellany* no. 148. Is tubercula quae dixerat Hornſtedt, ſquamas ait eſſe parvas, conicas, carina obtuſa per dimidiam longitudinem aſperas: verſus caudam has ipſas ſquamas minores carinam utrinque minorem gerere. Itaque hoc genus corporis ſquamis conicis lacertis vulgaribus noſtris fere eſſe affine cenſet vir doctus. In pictura oculi parvi in dimidia capitis parte anteriore ſiti ſunt, nares vero juxta roſtrum extremum medium locum ſibi vicinae occupant.

Angui huic degeneri, (dubito enim adhuc, num huic generi recte attributus ſit,) ſimillimus et proximus forma corporis accedit, quem cum *granulati* nomine inter *Hydros* quarto loco deſcripſi.

---

Pertinere etiam ad hoc genus videtur notitia Valentiniana in Hiſtoriae Amboinenſis T. III. p. 290, de angue juxta ſemitas ſub fruticetis habitante, unde proſilire in praetereuntes homines et beſtias dicitur. Quanquam dentes nulli manifeſti adeſſe dicuntur, ſed maxillae acutae, velut in ſcarabaeis, morſum tamen letalis ſitis inſequitur. Antequam morſum infligat, caudae obtuſae aculeum ſeu uncum (*Angel* vocat, atque inde ipſum anguem *Angelſlang*) infigit, quem habet retra-

ctilem

otilem et venenatum beſtia, ſpithamas 2 longa, cetera angui fragili ſimilis, niſi quod caput habet latius, collum anguſtius, ventrem latum flavum, dorſum dilutius flavum. Poſtea tamen eiusdem color ex aliena fide refertur ſupra ater, ventris griſeus atro variegatus.

---

Superſunt ex Laurentianis anguibus *calamarius, anulatus, caeruleus, decuſſatus, teſſellatus et albus*, quorum primus et poſtremus a Linnaeo inter colubros deſcriptus eſt. *Anulatus* in Muſeo Turriano hoſpitans *corpore eſt ſubaequali albo, faſciis fuſcis rectis, ſubtus concurrentibus, cauda attenuata ſubtus duplici ſquamarum ſerie imbricata.*

*Caeruleum, decuſſatum et teſſellatum* ex Sebanis notitiis et picturis II. tab. 30. fig. 3, alterum ex I. tab. 53. fig. 7, tertium ex II. tab. 100. fig. 2. notas habuit et deſcripſit. Picturam Sebanam priorem Gronovius cum Linnaeo ad Anguem Scytalem retulit: alteram cum tertia Gronovius ad maculatum retulit.

Linnaeani angues *platuros* et *laticaudatus* inter Hydros a me recenſiti exſtant.

---

Am-

Digitized by Google

# Amphiſbaena.

Genus ſerpentium inter lacertas et angues Linnaei medium.

## Caracteres generici.

*Corporis utrinque aequalis corium in ſquamas quadratas, non corneas, corpus anulatim cingentes induratum, diſſectum et quaſi teſſellatum: oculi minuti cute communi obtecti, cauda brevis craſſitudine trunco par: ante anum glandularum pori 4 ad 9.*

Digitized by Google

Digitized by Google

---

Primus Linnaeus in Amoenit. Academ. I. p. 295. (p. 576. ed. Lugdun.) deſcripſit ſpeciem priorem, poſtea in Syſtemate *fuliginoſam* vocatam, his verbis:

*Caput minimum, laeve, obtuſum, ſuperne longitudinali linea exaratum et rugis lateralibus notatum, linea etiam triangulari inter nares in roſtri apice inſculptum. Narium foramina minima; oculi fere nulli, ſed horum loco puncta totidem nigricantia; dentes in ore plurimi parvi. Truncus cylindricus, pedalis, 200 circiter inciſuris ſeu ſegmentis anularibus convexis, inſtar lumbrici, inſectus; ſtriis circiter 40 longitudinalibus exaratus, quarum duodecima (utrinque a media dorſi numerata) cruciata inſtar literae latinae X; unde abdomen a dorſo diſtinctum linea longitudinali utrinque ex caracteribus forma X continuata. Anus rima transverſa. Segmentum ultimum abdominis ante anum 8 papillulis in lineam transverſam digeſtis notatum. Cauda brevis, 30 ſegmentis anularibus conſtans absque nota illa laterali caracteribus literae X ſimilibus, ob-*

Digitized by Google

*obtuſiſſima et craſſa inſtar capitis. Color totius ex nigro et albo variegatus, ita tamen, ut niger color in dorſo, albus autem ſubtus magis conſpicuus ſit.*

Poſtea alterum ejusdem exemplum inter Amphibia Grilliana ibidem no. 4. p. 500. deſcripſit, capitis flavi et ventris flaveſcentibus maculis ubique diſtincti colore diverſum. Tertium ibidem annotatum album caput, atrum vero corpus praecipue abdomen albis maculis aſperſum gerit. Caput tamen reliquo corpore candidius ſemper eſſe annotatur; oculosque ſemper tenui cute obducta tectos et minutos vix perſpici poſſe.

Comparavit Linnaeus Raii Quadrupedes p. 283. Marcgrafii Braſil. p. 259. Ibyaram, Sebani theſauri II. tab. 1. fig. 7. Amphisbaenam Ceilanicam II. tab. 18. fig. 2. Serpentem Ceilanicam, Caeciliam dictam, porro II. tab. 22. fig. 3. II. tab. 24. fig. 1. II. tab. 73. fig. 4. II. tab. 100. fig. 3. I. tab. 88. fig. 3. In Syſtemate Raii locum cum Sebanis picturis tenuit, praeter II. tab. 24. fig. 1. Marcgrafii Ibyaram omiſit, et Gronovii Muſeum II. p. 1. addidit, ubi anuli trunci 209, caudales 15 numerantur. Gronovius ipſe comparavit Scheuchzeri tabulam 628, D et 749. fig. 10. Poſterior pictura oculos minores, et ſcuta capitis oſtendit, quae prior omiſit.

Al-

Alteram ſpeciem *albam* vocavit, et in Muſeo Fr. Ad. I. p. 20. deſcriptam pinxit Linnaeus in tabulae 4. fig. 2, comparata tamen pictura Sebana II. tab. 6. fig. 4. et II. t. 24. fig. 1. Capite in anguſtum obtuſum roſtrum coacto, fronte anulata et colore totius corporis albo diſtinxit. In Muſeo Fr. Ad. haec Linnaei exſtat deſcriptio: Caput parvum, laeve, roſtro rotundato obtuſo: nares parvae ſublunatae: oculi parvi, membrana obducti, ut vix veſtigium: dentes fixi, maiuſculi, breves, craſſiores quam in colubris. Truncus nudus absque ſquamis, exaratus utrinque linea laterali excavata. Striae aliquot rariores decuſſatae, ſparſae per corpus. Cauda $\frac{1}{6}$ longitudinis totius, breviſſima, obtuſiſſima. Magnitudo pedum 2, craſſities pollice maior. Differt parum a praecedente magnitudine quadrupla, annulorum numero parum aucto et colore albo. Hucusque Linnaeus. Picturam Linnaeanam tanquam non ſatis accuratam taxavit Gronovius, qui contra Scheuchzerianam 652. fig. 1. velut optimam laudat, et anulos corporis 234, caudales 18 edit, et roſtrum ante maxillam inferiorem multum prominere rotundatum ait.

Laurentius neglectis notis Linnaeanis ſeu potius ad ſpeciem albam translatis, generis caracteres hos edidit: *Caput a corpore non di-*

*diſtinctum, antice ſcutis tectum: corpus poliſſimum, cylindricum, aequale, (hinc cauda non differt a capite) cute tectum: cauda obtuſa.* Addit auctore Gallo *Couplet* in Actis Academ. Paris. anni 1701. hujus generis ſerpentes ſolo tactu pruritum et puſtulas in cute ciere. Species quinque ſola colorum differentia diſtinguit, quarum duas priores tantum ipſe vidiſſe, reliquas tres ex picturis Sebanis notas habuiſſe videtur.

Muſeum Hutturinianum ſub no. 238. commemorat amphisbaenam flaveſcentem ita: *Geelachtig roſse Tweekop, lang 26 Duim, dick* 1½ *Duim, Ringen* 230—15. *et nigro varia. Zee Natur. Hiſtor. uts. bladz.* 435.

Amphisbaenam Linnaei albam colore pallide roſaceo tinctam pinxit nuper Shaw in libro The Naturaliſt's Miſcellany no. 86.

Quae equidem vidi fuliginoſae exempla ſquamas ventris multo majores et quadratas quidem gerebant: reliquae per circulos vel anulos diſpoſitae in lateribus utrinque ſutura ſeparantur, quam in exemplo multo majore albae amphisbaenae non ita manifeſtam, contra hujus caudam anulis 20 cinctam, corporis 229 circulos reperi. Verſus caput caudamque veſtigium ſuturae plane nullum in alba aderat. Dentes ejus robuſti, immobiles: inferioris maxillae ſecundus utrinque longior

gior et craſſior. Omnes lacertarum dentes ſtructura referunt. Videntur ab ipſa maxilla oriri: media ſui parte craſſiores, cavi, acuti. Narium foramina, cranio inſculpta, horizontalia, ſinuata, ſinu poſteriore majore. Oculi cuticula alba operti; lingua bifida brevis. Poros papillarium ante anum poſitarum numero nonario, ad quartarium variari a natura annotavit Weigel in Actis Societ. Hallenſis I. p. 51. Mihi quidem genus hoc nondum rite ſpeciebus ſuis definitum et deſcriptum eſſe videtur; nec magis de habitatione et moribus conſtat. Quae quidem ipſe varietatem *flavam* Laurentii cultro anatomico ſcrutatus reperi, fideliter annotabo: unde ſaltem de affinitate hujus generis cum reliquis colubris conſtare poterit. De moribus, quae a variis Itinerariorum ſcriptoribus tradita inveni, dubitatione mihi quidem omni carere non videntur. Linnaeus in Amoenitat. Academ. Lemnum, Libyam, Ceylonam et Braſiliam habitare ait, lumbricorum inſtar retrorſum et antrorſum progredi, caudamque capiti, dum capitur, applicare, et in terra habitare, lumbricis et formicis victitare. Morſum denique a Luſitanis exitialem traditum dentes non veneniferos renuere, teſtatur. De patria Lemno videtur fidem habuiſſe Bellonio Obſerv. I, 31. quem plures viri docti ſecuti nomini antiquo no-

titias recentiores anguis forte corpore et natura diverſi accommodare ſtuduerunt. In Nicandri quidem Theriacis notae amphisbaenae et ſcytalae tam obſcurae partim etiam dubiae expoſitae ſunt, ut amphisbaenam Linnaei cum ea tuto comparare non liceat. Nomine Quaranico *Ybiya* vocatam beſtiam venenatam formicis victitare refert *Dobrizhoffer* in Hiſtor. Abiponenſium T. II. p. 404. In ipſis formicarum *Kusjes* vocatarum acervis habitare refert Hartſink in Deſcriptione Guianae T. I. p. 121. ex belgico in germanicum ſermonem converſa. Quam ſub amphisbaenae nomine per gramina lente repentem, caeruleam, ſquamis minutiſſimis tectam beſtiam commemoravit Bancroft in Deſcript. Guianae p. 152. ea potius ad Caeciliae vel anguis genus pertinere mihi videbatur. In regionibus ad flumen Oronocum ſitis indigenae patrem formicarum vocant, quoniam cum iis habitat. Hiſpanici medici inter tonica remedia habitum genus undique conquirunt, teſte *Gilii* in Compendio Relationis ab eo editae p. 218. germanico ſermone ſcripto. Accipe nunc, quae anatomia me docuit, certiora multo. Cranium anteriore parte altius et convexum, poſteriore planum, et multo depreſſius et latius. Fabrica ſimilis lacertinae, in quibusdam tamen diverſa; veluti deeſt os zygomaticum, ejusque

diverſi

diverſi proceſſus, qui oſſi intermaxillari partim junguntur. Orbita igitur poſtice non eſt clauſa. Os temporum longum a regione orbitae utrinque contrahitur declive et verſus oſſis maxillaris communis juncturam poſteriorem iterum latius fit. Os occipitale in eadem planitie cum temporali poſitum eique junctum haeret, cum in lacertis angulum occipitis junctura ejus faciat, ipſumque ſit fere perpendiculariter poſitum. Portionis condyloideae proceſſus extremo fine cum occipitali, atque utrumque ſimul oſſi communi intermaxillari jungitur. Proceſſus palatini non deorſum adeo flexi, ut in lacertis, ſed fere aequales cum oſſe ſphenoidali junguntur intermaxillari communi oſſi et ipſi maxillae inferiori. Scilicet proceſſus hi nec tam longi nec adeo finem deorſum flexum habent, quoniam os intermaxillare commune ſitum non tam rectum et fere perpendicularem, ut in lacertis, ſed obliquum antrorſum converſum habet. Ideo maxilla inferior multo brevior quam in lacertis, nempe paulo longior dimidia cranii longitudine. Condylus occipitis ſinu medio diviſus et quaſi duplex eſt: columella proceſſui palatino utrinque inſiſtens et os temporale fulciens in lacertis, deeſt utpote inutile futurum, cum os temporale ipſum utrinque in latere deflexum cerebrum

 re-

rebri cavitatem claudat: vertebrae colli 3, ſecunda proceſſum ſpinoſum inferiorem duplicem habet, quaſi ex duabus coalita. In vertebra 5 proceſſus ſpinoſus inferior minimus adeſt. Vertebra 4 ad 13 juxta capitulum rotundum ſeu tuber inferius habent prominentem proceſſum minutum rotundatum, qui in 14 vertebra nullus apparet. Uſum neſcio. Caput vertebrarum cavum applicatur tuberculo atque ſuper eo convertitur. Juxta caput cavum collum ſeu proceſſus retro et ſurſum eminet in poſteriore latere coſtae, ut in colubro natrice, ſed collum hoc deeſt in lacertis, ſaltim ſcinco, contra adeſt in angui fragili. Tuberculum etiam prominens infra capitulum rotundum (cui coſta applicatur) adeſt in omnibus natricis vertebris, in lacertis deeſt. Vertebrae iunguntur ſibi invicem capitulo rotundo anterioris vertebrae inſerto cavitati poſterioris ut in lacertis. Contra in natrice hanc juncturam firmat infra proceſſus ſpinoſus ex fine anterioris vertebrae ſuper alterius initium ipſamque juncturam eminens. In natrice porro proceſſus laterales adſcendentes juxta ſe eminentem habent proceſſum rotundatum, qui vertebrarum motum verſus anteriora impedire videtur. Proceſſus ſpinoſus ſuperior cum lateralibus duobus deſcendentibus coalitus parvum ſinuum veſtigium

gium in margine relinquit. Per mediam longitudinem minima carina loco ſpinoſi proceſſus decurrit. Itaque proceſſus ſpinoſus cum lateralibus deſcendentibus facit utrinque planum inclinatum. Quare etiam in ſiccis exemplis dorſum non exſtat, ſed ſuperficies corporis ſuperior plana apparet. Contra in natrice et lacertis ſpina acuta eminet.

Poſt anum deſinunt coſtae, earumque locum proceſſus transverſi recti et acuti occupant. Deinde vertebrae omnes caudales proceſſum ſpinoſum habent baſi gemina ex fine poſteriori vertebrarum utrinque ortum. Sterni pelvisve oſſium nullum veſtigium reperi.

Poſtremo loco addo, mihi generis notas ita videri conſtituendas et definiendas eſſe, ut corporis corium craſſum in ſquamas quadratas, corpus anulatim cingentes, velut in lacerta Ameiva aliisque, ſed non corneas, induratum et disſectum et quaſi teſſellatum dicatur.

## *Langaha.*

Haec Indica beſtia roſtro longo et acuto colubrum mycterizantem Linnaei refert; ſcutis ventralibus fere ad dimidium caudae tegentibus et demum in anulos totum corpus cingentes dilatatis transeunti naturae a colubris ad amphisbaenas et caecilias viam ſternere

Digitized by Google

nere videtur. Fabrica dentium, victus moresque adhuc latent.

Exemplum a Gallo Brugnière primum deſcriptum (Journal de Phyſique, Février 1784) duos pedes et 8 pollices longum, ſeptem lineas craſſum, caput ſcutis 7 per duos ordines digeſtis tectum habet. Prior ordo 3, alter quatuor ſcuta continet. Maxilla ſuperior producitur in roſtrum acutum, tendineum, flexile, 9 lineas longum, ſquamis minutis tectum; dentes cum forma tum et numero cum viperinis convenire dicuntur: certe indigenae morſum beſtiae timentes non leve veneni indicium faciunt. Squamae dorſi rhomboideae, rufeſcentes in baſi circulo minuto griſeo punctoque flavo notantur. Venter ſcutis tegitur 184 albicantibus, ſplendidis, quae quanto longius a capitis regione recedunt, eo latiora fiunt, et demum anulorum inſtar totum corpus cingunt. Numerum anulorum 42 Gallus edidit. Anus erat inter ſcutum 90 et 91 ventrale ſitus: cauda ipſa poſt ſcuta et anulos, quibus totum corpus cingitur, ſquamis ubique minutis tegitur. Alterum exemplum colore violaceo tinctum puncta ſquamarum obſcuriora gerebat: hoc et tertium numero etiam ſcutorum ventralium et anulorum differebat. Apud incolas inſulae Indicae Madagaſcar *Langaha* audit.

Caecilia.

Digitized by Google

# Caecilia.

**Genus ſerpentium omnium maxime piſcibus, praecipue muraenarum generi, affine.**

## Caracteres generici.

*Corpus anguillae forma, ſquamis minutiſſimis, cuti quaſi immerſis, tectum, rugis laterum verſus caudam brevem latioribus demum corpus omne cingentibus, oculi minuti cute communi obtecti, nares tentaculo breviſſimo auctae.*

Caeciliam ſerpentem a nemine antea nec nominatum nec deſcriptum primus Linnaeus inter Amphibia Grilliana no. 3. p. 489. T. 1. Amoenit. Academ. (p. 498. edit. Lugdun.) ſatis accurate deſcripſit. Quam notitiam huc translatam examinare operae erit pretium.

*Caecilia*, inquit, *eſt genus novum ſerpentum corpore nudo, rugis lateralibus, oris labio ſuperiori prominenti, tentaculis duobus, cauda nulla.* Subjunxit deſcriptionem ſpeciei, quam poſtea tentaculatae nomine diſtinxit, his verbis: *Pedem fere longitudine, craſſitudine pollicem aequat, formam cylindro aequalem a capite ad caudam ſervans. Cute tegitur nullis omnino obſita ſquamis, ſed laevi, et in dorſo punctulis paulum eminentibus ſparſa, rugis ab utroque latere 135 inſtructa, eo depreſſioribus, quo magis ad illas ſe animal inclinaverit. Capite glabro et ſubrotundo, maxilla ſuperiore longius prominente, obtuſa, et ab utraque parte narium tentaculo*

*vel*

Digitized by Google

*vel cirrho adeo brevi praedita, ut fere viſum effugiat. Narium foramina minutiſſima et quaſi acus puncta longe a ſe invicem diſtant. Oculi etiam inſtar punctorum minutiſſimi, cute licet obducti, tamen perlucent. Dentes ut in colubris innoxiis parvuli; in ſuperiori tamen maxilla minores habentur: cauda obtuſa et fere nulla rugisque crebrioribus, ut in lumbricis, ſtipata: anum habet duobus punctulis clauſum et extremitati proximum.*

Addit, ubi primum inſpexeris, anguillae ſpeciem adeo mentiri, ut inter piſces illam referri debere facile crederes. Quandoquidem vero nec pinnis nec branchiarum apertura, ſed pulmone et naribus gaudeat, quibus anhelitum reddat et per vices recipiat, apparere a piſcium claſſe alienam. A ſerpentum agmine omni maxime diſtingui eo, quod cauda careat, exili tantum apertura ani extremitati corporis vicina: praeterea corpore toto nudo differre: labium ſuperius obtuſum valde prominere more piſcium chondropterygiorum: tentacula denique gemina in ſerpentum claſſe inviſa atque inuſitata.

Pictura addita rugis laterum omiſſis caudam vel poſtremam corporis partem annularibus plicis cinctam reddidit.

In Syſtemate deinde generis caracteres hos poſuit: *rugae trunci caudaeque; labium*

*ſupe-*

*ſuperius tentaculis* 2. Species edidit duas, quarum priorem *tentaculatam* vocavit, rugis 135 trunci, caudalibus nullis diſtinxit, atque habitare Americam dixit. Patriam, credo ex Gronovii Muſeo II. p. 52. eum repetiiſſe, quod ſimul laudatur. Ibi enim Surinamum habitare dicitur caecilia ex caeruleo fuſca. Pictura cum brevi notitia exempli lumbrico terreſtri vix majoris exſtat etiam in Muſeo Frid. Adol. I. p. 19. tab. 5. fig. 2. ubi altera ſpecies acceſſit *glutinoſa* vocata, *rugis* 340 *trunci*, 10 *caudalibus in Syſtemate diſtincta, fuſca linea laterali albida.*

Notitia Linnaeana in Muſeo Fr. Ad. poſita haec eſt: Caput parvum, laeve; narium foramina in antica parte capitis; cirrhos nullos obſervare potui; oculi minutiſſimi, membrana obducti; dentes utriusque maxillae minimi, ſerie duplice. Truncus cylindricus verſus poſteriora paulo craſſior; rugis minutiſſimis, vix viſum ſubeuntibus, a tergo retrorſum nonnihil flexis, ad ſuturam abdominis coeuntibus angulo acuto; rugae majuſculae circiter 550. Cauda breviſſima, acutiuſcula; anus ſub et juxta apicem caudae. Color fuſcus, linea utrinque laterali albida, latiuſcula. Longitudo pedem ſuperat; craſſities digiti minimi. Denique cognominis rationem ita reddit, ut ex conjectura ductum

eſſe

Digitized by Google

eſſe appareat. Addit enim: *Glutinoſa videtur viva eſſe obducta uti Petromyzon.*

Gronovius ex Sebano theſauro Serpentem Caeciliam ceylonicam in II. tabula, 25. fig. 2 pictam et ex Piſonis in Deſcript. Braſil. p. 282. Ibiaram Braſilienſem comparavit.

Laurentius non viſi ſerpentis notitiam omnem ex Linnaeana collegit, duobus de ſuo erroribus admiſtis. Caeciliam enim tentaculatam oculos manifeſtos gerere ait, glutinoſam contra minutiſſimos membrana obductos: tentaculatae deinde rugas laterales compactas dixit, quibus ſimile nihil in notitia Linnaeana exſtat: denique caudam nullam falſo in notis generis poſuit.

Scriptores hiſtoriae naturalis recentiores omnes, verbis et praeceptis Linnaei ſervili modo addicti, caracteres generis eosdem repetierunt; nec equidem, qui novae aliquid obſervationis adderet, novi praeter doctiſſimum *Sentzen*, qui linguam tentaculatae latam, craſſam, ovalem, per mediam longitudinem et ſuperficiem inferiorem adfixam et lateribus modo utrinque mobilem haerere annotavit.

Tentaculatam cum primum in *Muſeo Lampiano*, totius fere corporis cute denudatam vidiſſem, et in laciniis hinc inde adhaerentibus ſquamas minutiſſimas agnoviſſem, ad muraenarum genus referre non dubitavi. In

ex-

extremo corpore, quod abruptum credebam, inteſtini plicatus finis prominere videbatur. Demum in altero exemplo cinereo caeciliam Linnaei erroremque meum agnovi, quem tamen Linnaeano debebam. Is enim ſquamis cutem carere ait; quod in caecilia non magis quam in plurimis muraenae ſpeciebus verum reperi. In altero igitur exemplo anum ſub ipſo corporis fine apertum, in capite oculos minutos membrana obducta tectos, narium foramina minuta, ore aperto dentem maxillae inferioris anteriorem utrinque longiorem vidi. Maxilla ſuperior multo longior eſt; rictus igitur apertura inferna. Tentaculorum ſpeciem niſi in deſpoliati exempli latere uno videre non potui; papillam vel verrucam potius dixiſſem. Exempla quinque *Muſei Ducalis Brunovicenſis* pulcherrima laterum rugas verſus poſteriorem corporis partem denſiores et demum omne corpus cingentes, inter integras alternis dimidiatis rugis immiſtis, corpus ipſum manifeſte compreſſum gerebant.

Anno 1789 acceptum caeciliae exemplum ſemiſiccum disſecui, in quo ſpeciem alteram, *glutinoſam*, in abdominis medii ſutura manifeſta agnoſcere mihi videbar, ad quam rugae laterales angulo acuto coibant. Color fuſcus erat ubique: tentaculorum veſtigium nul-

nullum aderat. Anatomia multa fabricae ſceleti ſingularia mihi monſtravit, quae genus hoc diligentiſſima obſervatione vitae victusque et morum non ſolum indigere, (parum enim aut nihil de his rebus conſtat,) ſed digniſſimum etiam eſſe docent, quo rectius generis caracteres conſtitui ipſiusque affinitas cum reliquis ſerpentum et piſcium generibus demonſtrari poſſit.

Cranii ſtatim fabrica miranda eſt. Totum enim ſupra oſſe concameratum, nullo orbitarum veſtigio perforatur. Oculorum igitur fabrica aeque mirabilis eſſe debet.

2 Maxilla inferior occipiti non intercedente oſſe uno vel gemino intermaxillari, velut in avibus, lacertis, anguibus et colubris jungitur, ſed ipſi occipiti ut in quadrupedibus inarticulatur: nullum tamen oſſis zygomatici ſeparati et expreſſi veſtigium adeſt.

3 Dentes in maxilla ſuperiore ſunt recurvi omnes: praeterea margo vel carina oſſium palatinorum ſemicircularis dentibus minoribus aſpera maxillae palatinae vices gerit. Priores dentes utriusque maxillae longiores et robuſtiores ſunt: in inferiore maxilla poſt dentes duos longiſſimos intus in margine interiore adſunt duo minores recurvi. Maxillae inferioris ipſius oſſa duo non intercedente di-

ga-

gamento junguntur, ſed ſutura vel harmonia velut in lacertis.

4 Vertebrarum junctura plane diverſa ab ea, quae in lacertis et ſerpentibus obtinet, potius cum fabrica piſcium congruit. Omnes enim in anteriore ſui et poſteriore parte inſculptam gerunt cavitatem infundibiliformem, et ipſae vertebrae ſibi invicem ligamentis intercedentibus junguntur, non articulatae ſed potius invicem appoſitae.

5 Vertebrarum proceſſus ſpinoſus ſuperior qualis in amphisbaena et in collaribus avium vertebris, id eſt depreſſus, ut niſi levis carina vix appareat. Infra in extremitate poſteriore proceſſus retrorſum verſus magnus prominet: in anteriore bifurcus antrorſum verſus proceſſum anterioris vertebrae recurvum excipit. Sub laterali adſcendente eminet proceſſus brevis, exiguus, parumper retrorſum verſus, cui altera pars coſtae bicipitis applicatur, altera longior lateri proceſſus inferioris acclinatur.

6 Coſtae breves, rectae, retro verſae, triangulares, ſupra bicipites ut in avibus, eodemque plane modo vertebris junguntur, ita ut brevior furcae bicipitis pars et ſuperior brevi proceſſui ſub aſcendente laterali, inferior longior lateri proceſſus inferni applicetur.

Ad-

Addere lubet de pictura Sebana II. tab. 25. fig. 2, a Gronovio laudata, formam partium quarundam plane diverſam eſſe. Ita enim notitia Sebana docet. Squamarum loco tenuibus tegitur anulis arcte ſibi mutuo conjunctis, ſpadiceo colore tinctis. Alba quaſi faſcia per ventrem protenditur. Caput peculiare nihil ſibi vindicat, praeterquam quod late tumens binisque amplis naribus in antica parte prope os ſit pervium. Linguam in eo reperire non datur, at tracheae tamen hiatum. Non admodum eſt flexibilibus articulis, ſed in ſe ipſam coacta riget. Oculorum mentio non fit, nec eorum apparet in pictura veſtigium, nec magis ani regio et longitudo caudae definitur. Pictura ipſa non unicam ventris faſciam albam, ſed geminam juxta ventrem utrinque monſtrat. Videant igitur, quibus iſtius ipſius exempli vel ſimilis inſpiciendi copia fuerit, utra in parte error verſetur certiſſimus.

Digitized by Google

## *Addenda.*

Ad pag. 12. notam *) adde:

Videtur tamen ἑνὸς ὀστέου τελευτὴ καὶ μέρος αὐτῇ τῶν ὀσφύων vel τῆς ὀσφύος legiſſe. ἓν ὀστέον unitatem ſpinae ſignificat, ut in Plinio 30, ſect. 44 de hyaena: *collo et juba ex unitate ſpinae porrigi reflectique circumactu niſi totius corporis nequit:* ubi Harduinus male *collum et juba continuitate ſpinae porrigitur, flectique* et cet. edidit. Cf. Rezzonici Disquiſ. Plinianae p. 89.

Ad pag. 42 lin. 11. addo: Doleo, Faſciculum VIII et IX libri nondum in manus meas perveniſſe, cum haec ſcriberem: interim argumentum alicunde excerptum hic repetam in lectorum gratiam, quibus libri copia olim facta fuerit. Igitur Faſciculi VIII tabula 43. Crocodilum Niloticum gemina pictura reddit: tab. 44. Sceleton eiusdem 12 pedes longi et magnitudine praecedenti paris gemina item



Digitized by Google

pictura; Tab. 45. Ejusdem femur, omoplatam et pelvim magnitudine; Tab 46. Crocodilum Gangeticum gemina item pictura; Tab. 47. Ejusdem Cranium; Tab. 48. Idem Cranium gemina pictura P. Camperi a facie ſuperiore et a latere conſpiciendum exhibet; Faſciculi IX. Tab. 49. Cranium foſſile ejusdem crocodili in lautomiis marmoreis Altorfienſibus repertum et ex Muſeo Darmſtadienſi depromptum pingit; Tab. 50. Idem Cranium ex Muſeo Manheimenſi gemina pictura reddit; Tab. 51. Crocodilus minor Gangetico affinis ſed longiore roſtro pingit; Tab. 52. Dentes variorum Crocodilorum; Tab. 53. Crania et maxillas crocodili Nilotici Gangetici et Maeſtrichtenſis ad eandem menſuram redacta comparat; Tab; 54. Cranium foſſile crocodili Maeſtrichtenſis pingit Gallus Marechal.

De ſceleto Maeſtrichtenſi judicium Hadriani Camperi, diverſum a paterno, nunc ponam excerptum ex libro Gallico *Magaſin encyclopédique*, *Année* 6. No. 11. p. 397.

„Le C. Adr. Camper, ayant examiné plus particulièrement les pièces de ſon cabinet, a été déterminé à ſe rapprocher de cette dernière opinion, (qui les attribue à une eſpèce inconnue de crocodile) malgré ſon reſpect pour celle de ſon père. Comme les raiſons qu'il en donne ſont en partie différentes de celles alléguées

guées par ſes prédéceſſeurs, nous allons en expoſer le réſumé.

1. Les vertèbres dorſales de Maeſtricht ont à la partie inférieure du corps ces tubercules pointus qui caractériſent le crocodile; ils y ſont même beaucoup plus forts.

2. Les faces par lesquelles ces vertèbres s'articulent, ſont reſpectivement concaves et convexes et donnent beaucoup de mobilité à l'épine; dans les cétacés elles ſont planes.

3. Les vertèbres caudales ont leurs apophyſes diſpoſées de manière que la queue peut ſe mouvoir de droite à gauche et non de haut en bas comme dans les cétacés.

4. Les machoires inférieures ſont compoſées de pluſieurs pièces, comme dans tous les reptiles ſauriens; tandis que dans les cétacés, comme dans tous les mammifères, elles n'en ont qu' une pour chaque côté.

5. A la verité les dents de Maeſtricht ſont ſolides et celles du crocodile creuſes; mais les dents de la dragonne ſont ſolides auſſi.

6. L'animal de Maeſtricht a des dents au palais, qui manquent abſolument au crocodile; mais l'iguane en a auſſi. Ce n'eſt donc pas une raiſon pour regarder, avec Van Marum, l'animal de Maeſtricht comme un poiſſon,



Digitized by Google

7. Il y a dans l'animal de Maeſtricht un canal naſal qui ſe rend depuis le goſier juſqu'à l'extrémité du muſeau, comme dans le crocodile; différence très grande d'avec les cétacés, qui ont ce canal perpendiculaire à l'axe de la tête.

8. Enfin les trous des nerfs de la machoire inferieure ſont nombreux, et rebrouſſent en arrière à leur ſortie, tandis que dans les cétacés, comme dans tous les mammifères, il y en a très-peu, et tous dirigés en avant.

Le C. *Camper* conclut donc, que cet animal eſt un reptile ſaurien d'une eſpèce inconnue aujourd'hui; il calcule, qu'il doit avoir eu 24 pieds de longueur."

Subjungo quae de nova crocodili ſpecie in lautomiis Gallicis reperti ex fide Zootomorum principis, *Cuvier*, refert liber Gallicus: *Magaſin encyclopédique Année VI. n.* 15. *p.* 409. *ſeq.* *iterumque no.* 19. *p.* 383.

„Le C. *Guerſant*, profeſſeur d'hiſtoire naturelle à Rouen, ayant avec l'agrément du préfet de la Seine-Inferieure envoyé au C. *Cuvier*, pour les examiner, une quantité d'oſſemens recueillis dans les rochers des environs d'Honfleur, par feu l'abbé *Bachelet*, et appartenans aujourd'hui au cabinet de l'école centrale de Rouen; le C. *Cuvier* a reconnu parmi ces oſſemens ceux d'une eſpèce de crocodile

codile; abſolument inconnu jusqu'à ce jour, et très différente même de l'animal foſſile de Maeſtricht, que quelques-uns regardent auſſi comme un crocodile. Les machoires de ce crocodile de Honfleur reſſemblent, par leur allongement, à celles du cavial; ſeulement les dents y ſont moins égales, et les ſutures des os autrement figurées; la différence la plus frappante eſt dans les vertèbres du cou. Celles de tous les crocodiles connus ont la face antérieure de leur corps concave et la poſtérieure convexe. Dans celui d'Honfleur, c'eſt préciſément le contraire. Les apophyſes de ces vertèbres ſont auſſi plus compliquées que dans les crocodiles ordinaires.

Cet animal paroît avoir eu 18 pieds de longueur; ſes os ſont pétrifiés, et font feu avec le briquet. Leur celluloſité eſt remplie de pyrite. Ils ſont renfermés dans une pierre marneuſe, griſâtre, très-dure, et dont on ne peut les dégager qu'avec beaucoup de peine. Outre ces oſſemens de crocodile, le C. *Cuvier* en a trouvé d'autres qui paroiſſent provenir de petits cétacées et dont il rendra compte par la ſuite."

Ad p. 36. lin. 11 ſcribe: *unum 14 cubitos alterum 13 longum.*

Ad p. 242. *Boam inurinam*: An hanc voluit intelligi *Stelungen* quidam in Itinere

Suri-

Surinamenſi conglobatam aliquam boam et ſic praedae inhiantem in regione paluſtri vidit, occiſum vero et deglubtum, ratione quidem ſatis ſingulari, deſcripſit, nomen *Aboma* edens. Color corporis in dorſo ex viridi nigricans, laterum ex flavo fuſcus, ventris ſordide albicans eſſe dicitur: dorſum et latera anuli nigri, irregulares, in medio albi variegant. Unguium analium, cum calcaribus gallinaceorum comparatorum, uſum ad praedam retinendam accommodat auctor.

Digitized by Google

J e n a e

imprimebant Frommann et Weſſelhoeft.

Digitized by Google

*Tab. I.*



Digitized by Google

Digitized by Google

Tab. II.




Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google